SYSTEMA IURISPRUDENTIAE FEUDALIS, AD VERAM, & HACTENUS...

Johannes Steck, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 A
46



SYSTEMA IVRISPRVDENTIÆ FEVDALIS,

Ad veram, & hactenus desideratam Methodum, idea Synoptica adornatum.

AVTHORE

IOH. STEKIO. V.I.D.

Cum Privilegio.



ARCTOPOLI,


Typis ABRAHAMI WERLINI.

Prostat apud Petrum, & Iacobum Chovët,

1619.







PRAEFATIO
AD LECTOREM.



Vamvis post tot clarissimos Iurisconsultos, de Iure Feudali aliquid scribere Iliada post Homerum cōdere videri possit: non vereor tamen μελετήματα mea Feudalia in lucem edere; quòd sciam, non pauca, hîc a me præstita, aliorum aciem effugêre. Nolo labores extenuare Celeberrimorum Iuris Civilis & Feudalis Antecessorum, Vulteij & Rosenthalij, quorum erga Rempublicam Iuridicam, merita nūnquam satis prædicari possunt: præsertim quoad Methodum Particularem, & Quæstionum dilucidas, solidas, & iudiciosas decisiones. Hoc tamen ausim affirmare, ut maximè in thematum tractatione fuerint felices, Vniversalem tamen Methodum, & ea, quæ ordinem spectant Systematicum (pace tantorum virorum) mea opinione, multò aliter

fuisse disponendas. Non reÿcient hanc sententiam, quibus acuratioris methodi leges perspectæ earumq; longo usu exertitati fuerunt. In unaquaque arte ponendum certum Subiectum, quod ipsum quoque prænoscendum, eiusque principia & affectiones generales: neque ista confundenda sunt, cum essentiali de feudis tractatione. Divisio Disciplinæ feudalis non est miscenda, cum quibuscunque distinctionibus feudi. Vera divisio constituenda ex ipso subiecto, seu medius ad finem feudalem tendentibus: vel si mavis, ex ipsis propriÿs affectionibus Subiecti feudalis; & ea quidem suo loco collocanda: Deinceps affectiones speciales in essentiali tractatione, suo quoque ordine debito tradendæ. Hæc verò si à me observata fuerunt, æquus Lector iudicare poterit.

Quorsum verò, & cui bono? dicat aliquis ἀμεθοδίας patronus: cùm sine tàm accurata Methodo, imò qualicunq; ad scopum optatum cognitionis feudalis pervenire possimus. Pervenies forsan, sed infeliciter in ea versaberis. Progredieris enim uia perplexa, per anfractus & ambages, quibus facile in errorum multiplicium Labyrinthos abduci poteris. Exempla nobis sunt illi, qui universum ius civile & feudale

feudale, ἀταξία sua reddiderunt dubium & incertum, & inanium speculationum & tautologiarum voluminibus horrendis, tum discentium tum Doctorum ingenia & memoriam obruentes, seipsos & alios deceperunt. Argumento sunt infinitæ illorum, quas vocant, *ampliationes, quæ tamen omnes, generali conclusione sæpius contineri possent, rectè conceptæ. Testantur innumeræ aliæ Faunorum illorum ineptiæ; quam periculosum sit in tam vasto pelago Iuris Feudalis, methodo tanquam Delio natatore, carere. Huius communis mali medelam, â Clarißimis Viris multò ante quæsitam, à me hac Idea Systematica, ad leges veræ methodi accuratiùs examinatam; tabulis quinetiam Synopticis, luculentiùs ob oculos positam, publici iuris facere, non ingratum tibi, Lector, futurum iudicavi. Boni æquique consule, quæso, donec Deus aliquando otium concedat, ut quorum summa tantum attigi fastigia latiùs diducere poßim. Vale, Arctopoli, 26. Aug. 1619.*

IOH. STEKIUS Inclytæ Reip. Bernens. I C. & eiusdem per Provinciã Vaudensem Commissarius Generalis primocerius.



CELSISSIMO, ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO DYNASTÆ, DOMINO,

DOM. MAVRICIO

ARAVSIONVM PRINCIPI, COMITI NASSOVIÆ, CATtimelibocci, Viandæ, Diesiij, Mursæ, Marchioni Veræ, Flesingæ, DOMINO *de Chalon, Arlaij, Nozeret, Polanæ, Leka, Graviæ, Cuikij, S. Viti, Daesburgi, &c. Gubernatori Præfectóq; Generali Gelriæ, Holandiæ, Westfrisiæ, Trajecti ad Rhenum, Trans-isalaniæ &c. summo earundem Provinciarum nomine terra mariq; militiæ Imperatori,* DOMINO *meo Clementissimo.*



IVRIS SCIENTIAM sive respiciam universam, sive feudalem contempler in se solam & hujus mediter dignitatem, methodum quin etiam, tanquam nuperum ejus decorum & ornamentum, ubique utilitatem & necessitatem, Celsissime Princeps, Domine Clementissime, non video, cui potiori jure hanc feudalis Systematis

Ideam, quàm Tuæ Celsitudini dicare vel deberem vel possem. Sicut Imperatorem non solùm armis decoratum, sed & Legibus armatum esse oportet; ita quoque eum non non militari tantùm, sed & Legali prudentiæ patrocinari decet. Imperatorij dignationem tituli innumeræ Celsitudini Tuæ pepererunt victoriæ, Trophæa, Triumphi: quibus Europæis Principibus plerisque, vel ipso Heinrici Magni Galliarum Monarchæ judicio, palmam & Lauream eripuisti. Ipsa virtus animi Tui Celsissima hanc sibi nominis gloriam jure optimo vendicare possit. Ea quoque Majestatis jura in Principatu tuo Arausiensi præsertim (taceo cætera) ab Heroicis C. T. Majoribus, justissimo adversus Saracenos bello conquisita possides, quæ Imperator in Imperio, Rex absolutæ potestatis in suo Regno. Belgica quin etiam γαλήνῃ & inducijs, eâ prudentiâ magnanimitate & artibus bellicis, C. T. rebus providit, ac si medius inter arma continuè versaretur, & cum hostibus quotidie esset dimicandum. In stabiliendis omnibus publicis & privatis negotijs, jus & æquitas, Leges & Iustitia ita cordi fuerunt, ut dubitari meritò potuerit, num juris & æqui prudentia C. T. magis armata, an verò corusco armorum fulgore, militari scientia, & gloria Triumphorum plus sit munita. Tanta insuper in te enitet Clementia, ut hac virtute non so-

lùm

lum sis Maximus, sed temetipsum etiam superes, omniumque ad te animos allicias, & Orbis delicium celebrari merearis.

O beatum Arausiensium Principatum, non modò ob miram tui poli clementiam solique fertilitatem, sed imprimis ob principis tui virtutes, gloriam & felicitatem. Vota exolve tua, quę unà mecum Cives tui annum ante decimum nuncuparant optimi, precibus ad Deum ardenter effusis, ut sub hoc Principe aliquãdo vivere & florere possis, sine quo nec florere nec vivere potuisses. Nãque Deus illis annuit & respondit; ita quidem, ut sub hujus Dominatione, pace fruaris desiderata, cessent omnes insidiæ, timor omnis, & nefandi conatus procul procul à te fuerint profligati. Tanto Duce & auspice tanto, intra mœnia tua, totoque agro tuo, jus & æquitas in posterum vigebit, templum illud Religionis & Themidis, Curia suprema Senatus pristino nitori restituetur, Academia tua insignibus dotata privilegijs toto orbe celeberrimis decus suum & honorem recuperabit. Res istæ verè inclitæ, Majestatis plenæ, Celsissime Princeps, Dei voluntate & beneficio, à te gestæ, gerendæque me moverunt, ut hoc jurisprudentiæ feudalis Systema nominis tui Celsitudini dicarem & consecrarem. Sed impulit etiam ipsa hujus opusculi materia peculiaris. Cui enim inscribere oportuit hanc feudalem doctrinam, quàm illi,

qui præter Majeſtatis jura, etiam luculenta poſsidet feuda; imò qui tot clientes in feuda fidemque ſuam recipit. Si principem Regalia decent: cujus patrocinio hæc feudalia, hæc inquam Regia jura committere decuit, quàm qui ſibi divinitus Regalem, id eſt, abſolutam dominandi poteſtatem in ſubditos ſuos conceſſam, cum juſtitia & æquitate temperare novit? Conciſum quidem videt T. C. opuſculum & mole perexiguum, quod tamen temporis progreſſu, ſub favoris & benignitatis Tuæ auſpicio emergere, & in magna volumina excreſcere poterit. Nullum etiam vel præceptum feudale reperitur, nulla eſt controverſia, ſive recens nata, ſive olim agitata, quæ non alicujus capitis vel axiomatis complexu illius methodico contineatur. Quanti ſæpe laboris ſit, viam inveſtigare compendioſam, quantæ utilitatis, terreſtres norunt & maritimi viatores: ſed ex ruinis & veterum authorum ruderibus novam ſternere viam & methodum, in materia tàm indigeſta & penitus intricata, illis ſolùm poteſt eſſe perſpectum, qui ſimile quid tentarunt. Hac igitur inventâ & ad hanc materiam undiquaque applicatâ, naturæ, rationi & ratiocinij directrici diſciplinæ attemperatâ, toties deſideratâ, quid progreſſus, vaſto quamvis hoc juris feudalis pelago, impedire poſsit, non video. Neque verò in Academijs ſolùm

pro-

proderit, ſed & ijs qui foro & Reipublicæ ſuam addixerunt operam, magno ſpero futurum eſſe ſubſidio. Si locis indigent communibus, & conſultoribus, ſi Deciſoribus Repertorijs &c. uno videbunt intuitu, ad quod doctrinæ feudalis caput, ad quam partem methodi referatur, ſub quo genere vel ſpecie ex facto ſuborta vel oblata quęſtio contineatur, ut facilius ſit poſtea ad copioſiores authores recurrere. Mihi ſanè non in Theoricis adhuc verſanti, aut in Academijs docenti, ſed inter ipſa negotia publica, quæ tracto, magna ex parte feudalia, in hac illuſtri Republica, nata eſt hæc methodus. Illa enim volvens & revolvens, nil familiarius deprehendi, quàm omne quod de feudis diſceptari poteſt, vel in Acquiſitione eorum vel Conſervatione conſiſtere.

Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri.

Hac διχοτομίᾳ univerſam juriſprudentiam feudalem complector. Eam quidem indigitat Vlpianus l. fin. de L. L. ad diſpoſitionem juris civilis eſſe idoneam. Sed omnia feudalia his duobus membris coërcecere, vel non repugnante methodo particulari ad ea congregare, tantis in tam intricata materia pullulantibus remoris, opus

& labor videbatur. Ijs ut spero, superatis, hoc ipso nomine, ἀταξίας, hostis scientiarum communis, attamen atrocissimi spolia tholis honoris tui templi suspendere debui: Persuasissimam habens C. T. methodi leges accuratioris magnifacere, & cultores ei non esse ingratos. Cùm enim C. T. ad summum & immortale laudis bellicæ fastigium pervenerit Martij ordinis & methodi opera (qua res fuerunt á C. T. gestæ plusquam Imperatoriæ) ut hæc nostra tẽpora militare exercitium nõ nisi Mauritianum agnoscant, nec futura secula sint aliud agnitura, & Mauritianum nullum sit aliud quàm dexterrima belligerandi methodus, cujus C. T. author est; dubitare non possum, quin aliarum artium methodo exquisitiori summopere delectetur.

Nec C. T. potest latere, in methodo omnẽ literarum literatorumque hodie consistere præstantiam & dignitatem. Quid enim hodie excellentius dare possumus? Immo quid edere possumus, quàm methodum antecessorum nostrorum dispositione commodiorem, lucidiorem, meliorem? cùm vix dicatur hodie aliquid, methodo sola excepta, quod non dictum sit prius. Verum enimverò, si in magnis voluisse sat est, non voluisse tantùm, verùm etiam tentasse aliquid hac vice sufficiet: imò abundè satisfecisse videbor, si his rebus magnis & gra-

vibus

vibus, quæ ſceptra & faſces tangunt imperij, Regnorum, Principatuum, Iuriſdictionis cujusvis, ἀμεθοδίᾳ antè obſcuratis, totique feudali prudentiæ, & quicquid de feudis unquam poſsit differi, veræ methodi radijs lucem aliquam, quantumvis creperam forſan & ſubluſtrem intuliſſe C. T. judicio ſublimi cenſear. Suſcipe igitur, Celſiſsime Princeps, hunc ingenij partum, tuo fove Patrocinio, ut cùm ſuis viribus exilis ſit & tenuis, ſub tua potentia creſcat, qui per ſe obſcurus, Orientis tui ſplendore irradietur, à vulgo ſi deſpiciatur, Celſ. T. benignitate, complexu & cenſu applauſum aliquem in hoc mundi Theatro naciſcatur. Simul aura Tuę clementiæ aſpires illi, qui Principatus ſucceſsionem Arauſienſis, natura & legibus debitam, prudentia & magnanimitate conſervatam ſubmiſſè & humiliter gratulatur, Deum Opt. Max. precans ut C. T. diutiſsimè ſervet incolumem Eccleſiæ, Statibus Belgicis, ſubditis, communi bono & publicæ tranquillitati.


Bernæ 25. Aug. 1619.


Celſitudinis Tuæ Illuſtriſſimæ

Obſequentiſſimus

Ioh. Steckius, Reip. Bernenſis I C. & Commiſſarius Generalis.

Systematis Feudalis.




Cap.I.agit de præcognitione
Obiecti.
Principiorũ
Cognitionis hæc autem sunt libri feudales corpori iuris inserti: horum consideranda
Origo: respectu
Authori
Materiæ, seu consuetudinum feudalium.
formæ seu digestionis in vnum corpus.
per se
Comparatè, respectu consuetudinum aliarum feudalium, loci, Statutorum &c.
Opiniones aliorum: 1.
Authoris. 2.
Opinio aliorum. 3.
Authoris. 4.



SYSTEMATIS FEVDALIS
LIBER I.

DE PRAECOGNITIS FEVDORVM.

CAP. I.

De obiecto & principijs cognitionis feudalis.



Vrisprudentia Feudalis seu Ius Feudale, est ars æqui & boni, circa vsus seu cõsuetudines de feudis scriptas, ac publicâ authoritate firmatas, occupata.

Jus enim duplicem habet significationem; priori sumitur pro jurisprudentiâ, id est, pro arte & doctrinâ æqui & boni, ex mente Celsi, & Vlpiani l. 1. de Just. & Jure, quæ cùm circa feuda versatur, Jurisprudentia Feudalis appellari potest. In posteriori significatu Jus nihil aliud est, quàm ipsum æquũ & bonum, quod à justitiâ originem trahit d. l. 1. §. 1.

Et sub hoc jure, id est, æquo & bono, comprehenduntur iura specialia, & inter alia etiam æquum & bonum feudale.

Iurisprudentiæ Feudalis primò tradenda sunt præcognita, deinde essentialis & principalis eius tractatio & ἐργασία est instituenda.

Præcognita Iurisprudentiæ Feudalis sunt, obiecti, principiorum, & affectionum Feudalium generalium.

Obiectum juris Feudalis est, Feudum ipsum: quod est à fide seu fidelitate denominatum:

Feudum est jus re alienâ immobili vel æquipollente vtendi, fruendi, sub lege mutuæ fidei.

Vt autem hæc definitio rectè intelligatur, & tota doctrina de feudis rectè etiam adornetur, feudi natura est perpēdenda. Feudum est vocabulum, quod Logici & Metaphysici vocant aggregatiuū & suo significatu duo includit, Materiale & Formale: Materiale est ipsa res Feudalis: Formale est jus in re feudali, quod contractus naturam participat, à quo etiam oritur & constituitur. Et hoc formale pro genere est assignandum. Feudum porrò respectu sui formalis, est relativum, imò relatio: ideò secundum relationis naturam definiendum, & eius relatiua principia investiganda. Vnde satis euidenter constat,

rem

rem Feudalem genus non esse; materia enim non potest esse genus: Contractus etiam cùm sit causa feudi, huius non potuit genus constitui. Ex hac definitione, eiusq; explicatione notū est satis, in quâ significatione hic Feudum accipiatur, & aliter hic usurpari non posse.

Principia juris Feudalis, alia sunt cognitionis, alia essentiæ.

Cognitionis est definitio, quam limini præfiximus, & Libri Feudales corpori juris inserti.

Horum consideranda est primò Origo, deinde Authoritas:

Origo tum respectu materialis, tum respectu formalis.

Respectu materialis, quæ est Consuetudo Feudalis, quam libri illi tractant: Vnde autem suam originem habeat, non conueniũt interpretes: De hac igitur varias opiniones primò recensebimus, deinde quæ nostra sit sententia aperiemus.

Celebriorum opinionum de Origine consuetudinum feudalium quinque Classes reperimus, quarum prima est, quâ Feudales consuetudines, & feuda cum genere humano orta fuisse asseritur.

Huius rationes & refutationem vide apud Wertherum Collegij Feudalis disput. 1. th. 2.

Secunda Clasſis eſt eorum,quibus cōſuetudines ab antiquis Romanorum Clientelis promanâſſe ſtatuunt.

In quâ ſententiâ ſunt, Zaſius, Cuiacius, Budæus, Borchol. & alij, qui refutantur ab eodem Werthero d. l. theſi 3.

Tertia claſsis eorum,qui putant,Feudales conſuetudines à Gallis ad Romanos,Italos,Hiſpanos,&alios Europæ populos derivatas eſſe.

Franciſcus Connan. lib. 1. Comm. c. 9 n. 5 & alij, quos refutat Johannes Hauiorſch.

Quarta claſsis eſt eorum , qui volunt, eas ab imperio Caroli Magni eſſe deductas.

Inter quos eminet Joh. Ferrar. Montan. de Feud. lib. 1. c. 1. quem doctè & ſolidè refutat idem Wertherus.

Quinta eſt,eas à Longobardis ortas eſſe : quę ſententia frequentiorum Feudiſtarum calculo recepta,& approbata eſt.

Andrea de Iſernijs, M. De afflictis, Laudenſis. de Bello viſu, Molinæj, Clari, Duareni. Weſenb.

senb. Vult. Rosenthaly. Bodini, Mozzy, Obrechti, Gothofredi. Bozeri. Wertheri. d. l.

Huic rei Feudali opponitur Allodialis ſeu Allodium, quod eſt proprium cuiusquè liberi hominis patrimonium, ſeu quod à nullo recognoſcitur.

Origo librorum feudalium reſpectu formalis docetur, cùm oſtenditur, quinam eorum fuerint Conditores & digeſtores, ſeu, vt alij loquũtur, conſuetudinum Feudalium compilatores:

id eſt, quinam conſuetudines Feudales in vnum Volumen redegerint.

Communiter Dd. volunt libros Feudales à Gerardo Capagiſto ſeu Nigro, & Oberto de Orto Pragmaticis & Conſulibus Mediolanenſibus collectos, & literis mandatos eſſe.

Cuius aſſertionis authores refert Aromaus Diſp. Feud. 1. *ad thes.* 19.

Alij exiſtimant, hos libros eſſe multorum juris & conſuetudinum feudalium ſtudioſorum & Aduocatorum, qui in foro Mediolanenſi verſabantur, rapſodiam: Authoritate verò Imperatoriâ Friderici ſecundi, cui exhibita fuerit,

Iuris&legum dignitatem accepiſſe, quæ ſententia videtur eſſe probabilior.

Conſtat enim ex Aluarotto, poſt nouam Iuſtiniani Conſtitutionum collationem, decimæ Collationis titulum, authoritate Friderici ſecundi, ſibi vendicaſſe: A quo tempore in ſcholis & Academijs fuerit prælecta, & varijs Iureconſultorum interpretationibus illuſtrata: vt meritò huic Friderico iſtorum librorum Feudaliũ, quibus vtimur, nõ ſecus ac Iuſtiniano, Iuris Ciuilis collectio debeatur, argum. l. 1. §. ſed neq; ff. de veteri Iure enucleando. Diſſent. Molin. tit. 1. ad Conſuet. Pariſ.

Hæc de origine librorum feudalium: Sequitur authoritas.

Quæ, vel conſideratur per ſe vel, comparatè.

Per ſe, in obligando locos & homines. Vide *Roſenth. lib.* 1. *Concl.* 9. 10. Item in argumentãdo, vt pluribus oſtẽdit. *Roſenth. Concl.* 11. & 20. ibid.

Libros autem feudales eam habere authoritatem & obligationem in foro feudali, quam Ius Romanorum in foro Ciuili, docent rationes ſequentes:

1. *Quia hæ conſuetudines immemoriali temporis ſpatio, quod inſtar priuilegij eſt, & pro lege ſeruatur, vallatæ ac munitæ ſunt l. 3. & 4. De Aq. quot. & Æſtiu.*

2 *Quia*

2. *Quia communi omnium voto in omnibus curijs & Iudicijs receptæ, & hucusq; in vsu seruatæ.*

3. *Quia tacito & Imperatoris consensu patientiâ & permißione confirmatæ: Atqui tacitus consensus legem imitatur. §. 9. Inst. de Iur. Natur. Gent. & Ciuil. l. 32. ff. de LL.*

Quare hoc Iure omnes Imperio Romano subiectos teneri aßerit Zasius in Epit. de Feud. Wesenb. post de Isernijs, Baldum, Aluarottum &c: Vulteius item & Schneideuin. Viuius, Menochius, Graßus Mynsingerus, Rosenthal, hanc communem opinionẽ esse testantur.

Imò si statutum vel consuetudo localis in contrarium non extet, non solùm in Germania, sed etiam in Italia, Gallia, Burgundia, & alibi in controuersijs Feudalibus, secundùm hos libros Feudales, corpori Juris insertos, iudicandum eße vult Guido Papæus Decis. 180. Boërius in Consu. Biturie. de Feud. §. 3. gl. 1. Chaßan. in consue. Burg. de Feud.

Quomodo autem authoritas comparatè se habeat respectu consuetudinum, statutorum, curiæ loci concessionis factæ, & sic Feudi Vide Rosenth. concl. 14. respectu Iuris communis concl. 15. vsq; ad concl. 20. Quibus omnibus docetur, vtrum & quando, potior sit habẽda ratio juris scripti feudalis, quàm consuetudinis, & juris Ciuilis & Canonici, quàm Feudalis. Seu quando ex Jure communi Feudorum quæstio determinanda, & quãdo ex jure Feudali.

Cap. 2. agit de prænotione essentiæ Principiorū Materialium & quidē personarum, de quibus notandi

- 1. Canones, tum de ijs,
  - quæ Feuda dare possunt, omnes scil. nisi expresſè prohibitæ: siue sint
    - Ecclesiasticæ
      - Pontifex.
      - Patriarcha.
      - Archiepisc.
      - Abbas, &c.
      - Clerici.
    - Laicæ
      - Imperator.
      - Reges.
      - Principes.
      - Duces.
      - Marchiones.
      - Comites.
      - Barones.
      - Nobiles.
      - Plebei.
  - tum quæ feuda accipere possunt, omnes nisi exceptę veluti
    - Hermaphroditi vtriusque sexus.
    - Filius familias.
    - Furiosus.
    - Incestuoso coitu nati.
    - Infamia notati.
- Distinctiones variæ personarum, vnde
  - 1. Feudum vel
    - Masculinum.
    - Fœmininum.
  - 2. Feudū vel
    - Nouum
    - vetus
      - Paternū
      - Antiquū
  - 3. Feudū vel
    - Nobile
      - Regale,
      - Nō Regale.
    - Ignobile

CAP. II.

DE PRINCIPIIS ESSENſentiæ, imprimis de perſonis, quæ Feuda dare & accipere poßunt, & diſtinctionibus inde deriuatis.

Hæc de principijs cognitionis Iuris Feudalis; ſequuntur principia eſſentiæ: ſunt autem ea ipſa, quæ Feudi eſſentiæ principia.

Nam cùm Feudum ſit verum obiectum: Diſciplinæ Feudalis, alia principia Eſſentialia inveſtigari non poßunt, quàm ipſius Feudi. Sicut Phyſicæ principia eßentialia, ſunt ea ipſa, quæ corporis naturalis. Sic Feudalis Diſciplina extra Feuda nullam habet eßentiam.

Principia Feudi inueſtigantur ex natura eius relatiua: quorum alia ſunt Materialia, alia Formalia, alia partim Materialia partim Formalia.

Materiale principium Feudi, eſt eius ſubiectum, in quo ſubſiſtit.

Formalia ſunt Fundamentũ & Terminus: Mixta, id eſt, partim Materialia, partim Formalia ſunt Relatum & Correlatum.

relatum: quæ ſingula ordine ſunt præ-noſcenda, antequam principalem tractationem inſtituamus.

Vtendum hìc erat Logicis terminis, quia diſpoſitio & Methodica tractatio ſecūdum Logicæ præcepta eſt inſtituenda.

Materiale Feudi principium ſeu Subjectum, eſt perſona, & res.

Cùm de perſona agimus, non loquimur de Domino vel Vaſallo, quatenus eſt dominus vel Vaſallus plenè & perfectè, ſeu, vti loquuntur in ſcholis, Formaliter, ſed quatenus aptitudinē habet, vt poßit eſſe Dominus vel Vaſallus, tales sūt perſonæ quæ dare Feudum, & aliæ quæ accipere poßunt.

Quæuis Perſona in Feudum dare & Feudum conſtituere poteſt, cui nominatim facultate Feudum conſtituendi nō eſt interdictum, nulla hodie vel ſexus vel dignitatis, vel conditionis diſtinctione inſtituta.

Siue ſint Eccleſiaſticæ ſiue Laicæ: Et primo quidem Pontifex, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, & his omnes inferiores Clerici.

Olim non modò de proprijs bonis, ſed etiā de rebus Eccleſiæ quibuſuis Feuda conſtituebant: cui poteſtati Feuda

Feuda de rebus Ecclesiæ constituendi Vrbani secundi Pontificis constitutione exēpti sunt Tituli, deinde etiā in concilio Lateranensi primitiæ & decimæ exceptæ fuerunt: hodie non alij, quàm qui antiquitùs Feuda constituere soliti constituunt. Atq; hîc Casus occurrit, quo is, qui Dominus non est, & in re non sua Feudi constituendi facultatem habet.

Laicæ Personæ; velut Imperator, Reges, & Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones & Nobiles, Plebei: si rei, in qua alteri Feudum constituunt, sint Domini, legitimamqúe ac liberam bonorum habeant administrationem.

Tutoribus itaq; & Curatoribus, alijsq; rerum alienarum administratoribus, non concessa est facultas Feudum dandi seu constituendi.

Pupilli & Minores 25 annis, nec cum Curatorum authoritate dare possunt, multò minùs sine ea.

Furioso & prodigo, morbo sontico laboranti non licet rem suam in Feudum dare, nisi qui propter interuallum rei cuiusuis alterius liberam habet administrationem.

Morbus alius non impedit, ne Feudum concedat aliquis, modò intelligat, quid agat.

Et filiusfamilias in re peculij aduentitij & profectitij Jus feudi non concedit: attamen in Castrensi & quasi Castrensi, quibus casibus iure Patrisfamilias vtitur.

De seruis, quibus nulla sunt bona, res est expedi-

ta. *Alia eſt ratio hominum propriorum*, ſcibeigne, tailliables & de main morte: *ſunt enim quidam ex illis melioris conditionis, vt habeant aliquid libertatis bona adminiſtrandi.*

Hæc de perſona, quæ dare poteſt Feudum: Accipere poteſt quælibet perſona, non ſexu, non ætate, non ſtatu, non cõditione vel ordine, non deniq; vlla qualitate obſtante, niſi expreſſè prohibeatur.

Prohibentur autem accipere Feudum Hermaphroditi qui in vtrunq; ſexũ incaleſcunt.

Nec rectè accipitur Feudum à ſeruo alieno, cui datum ſit ab ignorante eum eſſe ſeruum.

Filiusfamilias non rectè Feudum accipit à patre.

Prohibentur etiam ex nefario & inceſtuoſo coitu nati, Feudum quod habeat annexam dignitatem: & quoduis Feudum prohibentur accipere ab ijs, ex quibus ſunt nati.

Omnibus infamiâ notatis ad Feuda accipienda, via eſt præcluſa, donec reſtituantur.

Ex prænotione Perſonarum, quę dare

Feudum poſſunt, & accipere, variæ oriuntur diuiſiones & diſtinctiones Feudorum.

1. Feudum vel eſt Maſculinum vel Fœmininum. Illud à Maſculo primò acquiſitum; hoc acquiſitum primùm à Fæmina, & idem Maternum interdum dicitur. 2. Oritur inde etiam diuiſio in Feudum nouum & vetus: Novũ, cuius cauſam accipiens non habet ab alio, quàm à Domino concedente: Vetus cuius cauſam quis habet ab eo, qui primus Feudum acquiſiuit & conſtituit.

Feudum vetus eſt Paternum, vel Antiquum: illud dicitur, quod acquiſitum eſt à Patre vel auo vel proauo: hoc dicitur acquiſitum ab aliquo maiorum, qui eſt vltra abauum.

Hodie confunditur paternum cum antiquo, iure verò veteri hæc diſtinctio locum habuerat.

Feudum aliud eſt nobile, aliud ignobile. Nobile eſt conceſſum ab habente poteſtatem & voluntatem nobilitandi.

Nobile iterum vel eſt Regale, vel non Regale.

Feudum Regale eſt, quod ſupremi Principis

cipis authoritate conceditur cum dignitate Regali; cuiusmodi estRegnum, Electoratus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus.


De Regalibus agetur fusiùs infrà de præcognitione rei Feudalis.

Non Regale est, quod authoritate summi Principis cum dignitate, quæ regali sit inferior, conceditur.



TAB-

TABVLA CAP. III.



CAPUT III.

DE PRINCIPIO MATEriali Reali, id est, de Re, quæ in Feudum conceditur.

RES quædam per ſe in feudum datur, quædam non niſi cum alijs, atq; in earum conſequentiam, & per ſe nunquam.

Quæ per ſe in Feudum dantur, ſunt mobiles & quidem vel corpore, vel juris intellectu.

Res corpore immobiles, veluti fundus, territorium; vel his cohærentes, ut caſtrum, ædificium, molendinum, ſtagnum, Piſcina, Sylva, ſtatua affixa; Sigilla Principum vel Epiſcoporum, fructus pendentes, utpote pars fundi, &c.

Res immobiles juris intellectu ut pẽſiones, & jura.

Penſiones; tum de Camera, tum de Cavena.

De Camera, id eſt ex ærario; Cavena, id eſt, ex penu, vel cella Principis.

Vtraqúe Penſio vel eſt gratuita, vel meritoria. Gra-

Gratuita est Soldatæ, quæ præstatio dicitur annua gratuita,in donatione solidorum, unde nomen habet, consistēs.

Meritoria pensio vel est Guardiæ, & Castaldiæ; vel Advocatiæ, & Cancellariæ.

Pensio Guardiæ datur mercedis loco ob custodiam: Pensio verò Castaldiæ ob procurationem & administrationē domus Domini.

Advocatiæ,&Cancellariæ,ob Patrocinium, & Cācellariatus administrationem.

Hæc de Pensionibus: Iura in Feuda dantur tàm Regalia,quàm non Regalia.

Regalia sunt jura Imperatori, cuive Imperator ea expressè,vel tacitè habenda dedit, in signum præeminentiæ, ad imperij dignitatem, & utilitatem ejus conservandam, competentia. *Rosenth.*

Regalia sunt Majora, vel Minora.

Majora veluti jus creandi Duces,Comites, Barones;erigendi, tribuendiqúe Ducatum,Marchionatum,Comitatum, Baroniam, Spurios legitimandi per rescriptum, famæ reddere, Leges univer-

ſales ferre, novas Academias conceſſis Privilegijs coſtituere, Comites Palatinos creare, Nobilium dignitate inſignire, Iurisdictio, Imperium merum, & mixtum.

Minora Regalia; veluti jura Armandię, *a.* viæ publicæ, flumina navigabilia, portus, ripatica, vectigalia ſeu telonia, monetæ, mulctarum, pœnarumq; compendia, bona vacantia, & quæ ut ab indigenis leges auferunt, bona contrahẽtium inceſtas nuptias, bona condemnatorum, & proſcriptorum; *b.* Angariarũ, Parangariarum, Plauſtrorum, navium Præſtationes, Extraordinaria collatio ad Regalis numinis expeditionem, poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, fodina. Palatia in civitatibus conſuetis, Piſcationum reditus & ſalinarum, bona committentium crimen Majeſtatis, dimidiũ theſauri in loco Cęſaris inventi fortuitò, vel loco religioſo, ſi data opera totus ad fiſcum pertinet, jura venandi, præſertim feras majores, quæ vocatur alta venatio das hochgewild/ huc pertinet etiam aucupium nobilius, der hoch=

flug

ſiug. *Vide Roſenthal ſub finem cap. 5.* Pruckmann. *in § venatio. ita Conſului pro R. B.*

a. *Armandiæ quid ſint, non conſentiunt Doctores: Alij interpretantur eſſe vectigal, quod ex licentia armorum fabricandorum penſatur, alij fabricas & publica armamentaria.*

b. *Angariæ ſunt onera patrimonialia in præſtatione jumentorum, navium, plauſtrorum, & operarũ conſiſtentia, quæ propter repentinum aliquod negotium indicuntur.*

Iura non Regalia, veluti Redituum, habitationis, ſervitutum, & jura piſcandi, venandi (multorum opinione) cædendi ligna, lapidem, aucupandi, paſcẽdi, actiones pro rebus immobilibus cõpetentes.

Hæc de ijs, quæ per ſe in Feudum dantur: Quæ verò cum alijs conferuntur, & in conſequentiam, ſunt res mobiles; item quælibet aliæ, vel Legis, vel hominis voluntate per ſe alienari prohibitæ, ut ſunt res ſacræ, religioſæ, ſanctæ, & publicæ, quæ per ſe ſingulæ non alienantur, rectè tamen in univerſitate.



TAB CAP IV

- Principia Formalia feudi, sunt
  - Fundamentum,
    - Propinquum, fides, seu fidelitas. hinc feudum aliud
      - Ligium.
      - Non Ligium.
    - Remotum, Investitura; hinc feudum aliud
      - Hæreditarium.
      - Non hęreditarium, seu ex pacto, & providentia.
      - Mixtum.
  - Terminus, Vsusfructus ex re Feudali.

CAP. 4.

CAPUT IV.

DE FIDE, ET INVESTItura, usufructu Feudali, Principijs formalibus Feudi.

PRincipia formalia feudi, sunt ejus Fundamentum, & Terminus.

Fundamentum Feudi (*Forma ab alijs dicitur*) aliud est propinquum, aliud remotum: Propinquum est fides seu fidelitas: & quidem fundamentum est feudi constituti, id est, quatenus ea innixa est usufructu in re immobili cõstituto: Fundamentum remotius est Investitura.

Logici suas habent rationes, cur fundamenti & termini vocibus in relationibus (inter quas feudum etiam recensetur) uti malint, quàm alijs, quando existentiam & esse formale, unde dependet relatio, describere volũt. Quare si alicui isti termini displiceant, ad Logicã remittendus: vel respondeat, cur minùs hos liceat applicare ad hac feudalia, quàm cæteros Logicæ terminos, velut Effic. Effectus, Subjecti, Adjuncti, Oppositorum, &c.

Fides

Fides ſeu fidelitas eſt obligatio ea præſtandi, quæ in forma fidelitatis continentur, ad tuitionem honoris, & bonorum Domini pertinens.

Obligatio hæc diſtinguitur ab ea, de qua infrà erit agendum: ea enim, de qua hoc in loco, eſt potentia & facultas, ſed, de qua in progreſſu dicetur, conſiſtit in actu, & ſervitiјs, quæ fidei ſunt Effecta, vel Conſequentia.

Sufficit, fidem eſſe promiſſam, nec intereſt jurata fuerit nec ne; juramentum non eſt neceſſitatis: adhibetur tamen ut plurimùm.

Hæc de fidelitate: Inveſtitura eſt Contractus nominatus juris Civilis bonæ fidei ſolenni conceſſione feudi conſtans.

Fundamentum Feudi ſequitur Terminus ejus; qui eſt uſusfructus ex re feudali immobili, aut æquipollenti perceptus.

Vt fundamentum, ita quoq; Terminus, peculiares ſunt Relationum voces, quare ad hanc materiam feudalem, quæ tota eſt relativa, & non alia, erant applicandæ. Terminus eſt inſtar cauſſæ finalis, ſeu cauſſa finalis relativa, ut diſcernatur ab aliorum Entium fine; & relationem includit, vel eam habet conco-

concomitantem. Itaq; ususfructus est Terminus feudi, sed non quivis, verùm ille, qui ex re immobili feudali percipitur, adeoq; qui relationem habet ad feudum seu objectum feudale. Hinc rectè definitur feudum, quod sit jus certo modo utendi, & fruendi &c. nimirum certis conditionibus, & obligationibus; quæ feudales obligationes, & relationes planè usumfructum sequuntur, vel potiùs tacitè ei includuntur.

Ratione fidelitatis feudum distinguitur in Ligium, sive homologum, & non Ligium.

Ligium dicitur, cujus nomine fides debetur domino contra omnes, nullo anteposito sive excepto.

Non Ligium, cujus caussâ fides quidē debetur, ita tamen, ut alij quoque fides præstari possit. *Vult. Exeg. feud. p.* 890.

Ratione investituræ & concessionis, Feudum est vel hæreditarium, vel non hæreditarium, quod idem ex pacto & providentia appellatur.

Vtrumq; vel est simpliciter tale, vel mixtum.

Feudum hæreditarium est, quod cōcessione constituitur, facta mentione hæredum: vel quo succeditur jure hæ-


reditario, non ex providentia juris feudalis, ſed ex diſpoſitione juris communis, ita permittente Inveſtitura. *Vult. lib.* 1. *de Feud. cap.* 8. *n.* 30.

Non hæreditarium eſt, quando nulla fit mentio hæredum in inveſtitura; ſeu, in quo ſucceditur jure ſanguinis, ſecundùm diſpoſitionem feudalẽ non impediente Inveſtitura.

Mixtum eſt, in quo non ſuccedit, niſi qui idem eſt hæres, non tamen jure hæreditario, ſed ſanguinis: *De quibus fuſiùs in cap. de Inveſtitura, inferiùs.*

TAB.

TAB. CAP. V.


Relatum, Dominus.
Principia partim materialia, partim formalia feudi sunt
Correlatum, Vasallus,
solus
non solus, & sunt vel
Convasalli,
Subvasalli.
Capitanei,
Valvasores
propriè
Impropriè dicti.
Majores.
Minores

CAPUT V.

DE RELATIS FEUDAlibus, Domino & Vasallo.

RElata Feudalia sunt Dominus, & Vasallus.

Qui Relativi alicujus Objecti tractationem suscipit, non oportet, nec potest Subjecti, Fundamenti, vel Termini prænotione acquiescere, sed & Relatorum est adjicienda πρόγνωσις quæ ex materiali & formali principijs coalescunt: adeoq; non sunt principia simpliciter prima, cùm ex prioribus exurgant. Prænoscenda tamen ideo, ut plenior habeatur προπαιδεία & introitus sit facilior ad essentialem doctrinam systematis: est enim institutio ejus generalior: dein propter varias distinctiones inde devendentes, atq; occurrentes in progressu jurium dispositiones.

Videri alicui possit, hunc de Relatis feudalibus Domino & Vasallo prænotionem potuisse sub ea comprehendi, quæ est de personis, quæ dare possunt feuda vel accipere. Verùm enimvero quanta sit, inter hæc capita, differentia, norunt ij, qui rem ipsam intelligunt, & subsidio præceptorum methodi nō sunt destituti. Personæ enim illæ considerãtur citra Relationem feudalem actu inhærentem in tali personæ, quatenus tamen aptæ natæ sunt talem in se relationem recipere, atq; ut Subjectum sunt feudi, ideoq; pertinẽt ad principia materialia. Hîc verò considerãtur, ut actu in se habent relationẽ, seu quatenus sunt principia relativa actu, adeoq; nomẽ habẽt Domini

Domini & Vasalli. Quantum discrimen sit, ostendunt præcepta juris hic annexa, diversæ ejusdem dispositiones: Ubi autem diversa est dispositio, diversa etiam juris ratio, ideoq; diversa tractatio institui debet.

Dominus appellatur etiam Senior, Patronus infeudans, Lehenherr, *Seigneur feudataire*: inde Relatio ipsa, Dominium feudale, id est, jus feudale seu feudum: hæc enim vox simul Domini, & Vasalli jus mutuum includit.

Vasallus appellatur etiam beneficiarius, cliens, clientulus, fidelis, infeudadatus, feudatarius, Der Lehenman, *Vassal, feal, feudataire*.

Vasallus vel est ejusdem Domini solus; vel non est solus, atquè hic vel habet socios, qui convasalli nominantur, seu pares vasalli, Pares curiæ; pari nimirũ obligatione atque fide in eadẽ curia eidem Domino juncti, tametsi feudorum quãtitate & qualitate dispares, ut plurimùm etiã dignitate, & authoritate: vel habet subvasallum.

Convasalli igitur differunt ordine, quo alij Capitanei, alij sunt Valvasores;

illi his dignitate & authoritate ſunt ſuperiores.

Capitanei alij ſunt propriè, alij impropriè dicti.

Propriè Capitanei ſunt illi qui à ſummo Principe vel Rege feuda obtinent præcipuæ, & majoris nobilitatis, puta Regalia, qui ex eo etiam capitanei Regis ſive Regni appellantur, quales ſunt Duces, Marchiones, & Comites.

Impropriè Capitanei ſunt plebi, vel plebis parti gubernandæ præpoſiti à Principe, vel ſtatu aliquo: qui inter Valvaſores ſunt ſupremi, ad quos collati & ipſi capitanei dici queunt propriè, qui ad capitaneos propriè dictos collati, Capitanei dicuntur minus propriè.

Hinc Valvaſorum alij ſunt Majores, alij Minores.

Majores Valvaſores appellantur etiã Capitanei, ſed minus propriè.

Minores Valvaſores ſunt, qui feuda accipiunt à Valvaſoribus majoribus.

Tres itaq; olim erant Valvaſorum ordines: primus & ſupremus Capitaneorum, alter Valvaſorum majorum, tertius,


tius Valvaſorum minorum : his acceſſit quartus eorum, qui feuda à Valvaſorib⁹ minoribus accepiſſent.

Cæteri Vaſalli, qui nec ab Imperatore, nec à Capitaneo, & à Valvaſore de feudo aliquo ſunt inveſtiti, ſed longam annorum ſeriem teſtari non poſſunt, quâ feudum, onusve militiæ ei annexũ in familia ſua reſedit, Plebeij nominantur.

Vnus & idem hodie poteſt eſſe ſimul in diverſis Vaſallorum ordinibus, ſecũdùm diverſos feudorum, & dominorũ reſpectus; cùm quis plura feuda poſſidere poſſit, quorum aliud ſit maius, aliud minus.

Sic de Vaſallo non ſolo eo qui habet ſocium : Vaſallus qui habet Subvaſallũ, eſt qui rem totam, vel partem in feudum accipit ab eo, qui eandem ab alio in feudum habet, & primi dantis eſt Vaſallus, & univerſim omnia complectendo eſt Subvaſallus, Subinfeudatus; & qui dat Subvaſallo ſuo ſubinfeudans, ſicut feudũ ipsũ ſubfeudũ, vel retrofeudum Affter-Lehen, *Rierefief* appellatur.

TABULA CAP. VI.



CAP.

CAPUT VI.

DE PRÆNOTIONE ACcidentium Feudalium.

PRænovimus hactenus Subjectum, & Principia feudalia: superſunt prænoſcendæ affectiones generales, & diſtinctiones feudorum, quæ ex illis naſcuntur; ſicuti ſuprà conſideravimus diſtinctiones ex principiis feudalibus derivatas.

Affectiones feudi generales, ſunt vel Quantitatis, vel Qualitatis.

Iuxta Quantitatem, vel magnitudinis, vel diviſibilitatis, & Temporis.

Secundùm Quantitatem magnitudinis feudum aliud dicitur Magnum, aliud Modicum.

Secundùm diviſibilitatem, aliud eſt Dividuum, aliud Individuum.

Dividuum eſt quod ipſum ità dividitur, ut ſimul etiam dividatur res in qua eſt, ex cujus rei diviſione & ipſum dividt ur, cujusmodi ſunt feuda omnia dignitatem Regalem annexam non habentia.

Individuum è contrà, quod talem divisionem non admittit.

Secundùm quantitatem Temporis feudum aliud est perpetuum, aliud Téporale.

Perpetuum est, quod sui natura perpetuò manet penes posteros primi acquirentis, vel illos, quibus providit.

Temporale est, quod tempore extinguitur.

Hæc de affectionib⁹ feudi ex quantitate ortis: Ex Qualitate feudum aliud est Proprium, aliud Improprium: illud etiam rectum, hoc non rectum vocatur.

Feudum Proprium sive Rectum, est feudum omni sua parte ad naturam seu rationem feudorum communem, quā habent ex jure, sive consuetudinibus feudalibus, conformatum.

Improprium sive non rectum, quod aliqua sui parte, non tamen omni, à Communi feudorum natura recessit; unde etiam degenerans nuncupatur.

Receditur autem à Communi illa feudorum Qualitate in quibusdam feudis ex ipsa juris feudalis dispositione,


quod

quod ſit in feudo Guardiæ, Caſtaldiæ, Soldatæ habitationis, de Camera, de Cavena, Advocatiæ, & quod officij alicujus ſive muneris cõtemplatione alicui conceſſum eſt, interdum ex pacto ſive Conventione. *Vult. in exeg. feud.*


FINIS LIBRI PRRIMI DE præcognitis Feudi.



TABULA CAP. I. LIB. II.



SYSTEMA



SYSTEMATIS FEVDALIS LIBER II.

DE ERGASIA FEVDALI, SEV PRINCIPALI, ATQUE ESSENTIALI feudorum tractatione.

CAP. I.

DE PARTIBVS ERGASIÆ Feudalis, & de acquisitione Feudorum in genere.



Liber secundus agit de Ergasia, seu essentiali doctrina feudorum.

Infeliciter, & sine methodo docetur, cùm Subjectum, Principia, & Affectiones non praenoscũtur, tractatione peculiari: nã cùm de Subjecto per Principia

CAPUT V.

DE RELATIS FEUDALIBUS, *Domino & Vasallo.*

RElata Feudalia ſunt Dominus, & Vaſallus.

Qui Relativi alicujus Objecti tractationem ſuſcipit, non oportet, nec poteſt Subjecti, Fundamenti, vel Termini prænotione acquieſcere, ſed & Relatorum eſt adjicienda πρόγνωσις quæ ex materiali & formali principijs coaleſcunt: adeoq; non ſunt principia ſimpliciter prima, cùm ex prioribus exurgant. Prænoſcenda tamen ideo, ut plenior habeatur προπαιδεία & introitus ſit facilior ad eſſentialem doctrinam ſyſtematis: eſt enim inſtitutio ejus generalior: dein propter varias diſtinctiones inde dependentes, atq; occurrentes in progreſſu jurium diſpoſitiones.

Videri alicui poſſit, hunc de Relatis feudalibus Domino & Vaſallo prænotionem potuiſſe ſub ea comprehendi, quæ eſt de perſonis, quæ dare poſſunt feuda vel accipere. Verùm enimvero quanta ſit, inter hæc capita, differentia, norunt ij, qui rem ipſam intelligunt, & ſubſidio præceptorum methodi nō ſunt deſtituti. Perſonæ enim illæ conſiderãtur citra Relationem feudalem actu inhærentem in tali perſonæ, quatenus tamen aptæ natæ ſunt talem in ſe relationem recipere, atq; ut Subjectum ſunt feudi, ideoq; pertinẽt ad principia materialia. Hîc verò conſiderãtur, ut actu in ſe habent relationẽ, ſeu quatenus ſunt principia relativa actu, adeoq; nomẽ habẽt

Domini

Domini & Vasalli. Quantum discrimen sit, ostendunt præcepta juris hic annexa, diversæ ejusdem dispositiones: Vbi autem diversa est dispositio, diversa etiam juris ratio, ideoq; diversa tractatio institui debet.

Dominus appellatur etiam Senior, Patronus infeudans, Lehenherr, *Seigneur feudataire*: inde Relatio ipsa, Dominium feudale, id est, jus feudale seu feudum: hæc enim vox simul Domini, & Vasalli jus mutuum includit.

Vasallus appellatur etiam beneficiarius, cliens, clientulus, fidelis, infeudadatus, feudatarius, Der Lehenman, *Vassal, feal, feudataire*.

Vasallus vel est ejusdem Domini solus; vel non est solus, atquè hic vel habet socios, qui convasalli nominantur, seu pares vasalli, Pares curiæ; pari nimirũ obligatione atque fide in eadẽ curia eidem Domino juncti, tametsi feudorum quãtitate & qualitate dispares, ut plurimùm etiã dignitate, & authoritate: vel habet subvasallum.

Convasalli igitur differunt ordine, quo alij Capitanei, alij sunt Valvasores;

illi his dignitate & authoritate sunt superiores.

Capitanei alij sunt propriè, alij impropriè dicti.

Propriè Capitanei sunt illi qui à summo Principe vel Rege feuda obtinent præcipua, & majoris nobilitatis, puta Regalia, qui ex eo etiam capitanei Regis sive Regni appellantur, quales sunt Duces, Marchiones, & Comites.

Impropriè Capitanei sunt plebi, vel plebis parti gubernandæ præpositi à Principe, vel statu aliquo: qui inter Valvasores sunt supremi, ad quos collati & ipsi capitanei dici queunt propriè, qui ad capitaneos propriè dictos collati, Capitanei dicuntur minus propriè.

Hinc Valvasorum alij sunt Majores, alij Minores.

Majores Valvasores appellantur etiã Capitanei, sed minus propriè.

Minores Valvasores sunt, qui feuda accipiunt à Valvasoribus majoribus.

Tres itaq; olim erant Valvasorum ordines: primus & supremus Capitaneorum, alter Valvasorum majorum, tertius,


tius Valvaſorum minorum : his acceſſit quartus eorum, qui feuda à Valvaſorib' minoribus accepiſſent.

Cæteri Vaſalli, qui nec ab Imperatore, nec à Capitaneo, & à Valvaſore de feudo aliquo ſunt inveſtiti, ſed longam annorum ſeriem teſtari non poſſunt, quâ feudum, onusve militiæ ei annexũ in familia ſua reſedit, Plebeij nominantur.

Vnus & idem hodie poteſt eſſe ſimul in diverſis Vaſallorum ordinibus, ſecũdùm diverſos feudorum, & dominorũ reſpectus; cùm quis plura feuda poſſidere poſſit, quorum aliud ſit maius, aliud minus.

Sic de Vaſallo non ſolo eo qui habet ſocium : Vaſallus qui habet Subvaſallũ, eſt qui rem totam, vel partem in feudum accipit ab eo, qui eandem ab alio in feudum habet, & primi dantis eſt Vaſallus, & univerſim omnia complectendo eſt Subvaſallus, Subinfeudatus; & qui dat Subvaſallo ſuo ſubinfeudans, ſicut feudũ ipsũ ſubfeudũ, vel retrofeudum Affter-Lehen, *Rierefief* appellatur.

TABULA CAP. VI.



CAPUT VI.

DE PRÆNOTIONE Accidentium Feudalium.

PRænovimus hactenus Subjectum, & Principia feudalia: supersunt prænoscendæ affectiones generales, & distinctiones feudorum, quæ ex illis nascuntur; sicuti suprà consideravimus distinctiones ex principijs feudalibus derivatas.

Affectiones feudi generales, sunt vel Quantitatis, vel Qualitatis.

Iuxta Quantitatem, vel magnitudinis, vel divisibilitatis, & Temporis.

Secundùm Quantitatem magnitudinis feudum aliud dicitur Magnum, aliud Modicum.

Secundùm divisibilitatem, aliud est Dividuum, aliud Individuum.

Dividuum est quod ipsum ita dividitur, ut simul etiam dividatur res in qua est, ex cujus rei divisione & ipsum dividt ur, cujusmodi sunt feuda omnia dignitatem Regalem annexam non habentia.

Individuum è contrà, quod talem divisionem non admittit.

Secundùm quantitatem Temporis feudum aliud est perpetuum, aliud Tẽporale.

Perpetuum est, quod sui natura perpetuò manet penes posteros primi acquirentis, vel illos, quibus providit.

Temporale est, quod tempore extinguitur.

Hæc de affectionib⁹ feudi ex quantitate ortis: Ex Qualitate feudum aliud est Proprium, aliud Improprium: illud etiam rectum, hoc non rectum vocatur.

Feudum Proprium sive Rectum, est feudum omni sua parte ad naturam seu rationem feudorum communem, quã habent ex jure, sive consuetudinibus feudalibus, conformatum.


Improprium sive non rectum, quod aliqua sui parte, non tamen omni, à Communi feudorum natura recessit; unde etiam degenerans nuncupatur.

Receditur autem à Communi illa feudorum Qualitate in quibusdam feudis ex ipsa juris feudalis dispositione, quod

quod ſit in feudo Guardiæ, Caſtaldiæ, Soldatæ habitationis, de Camera, de Cavena, Advocatiæ, & quod officij alicujus ſive muneris cõtemplatione alicui conceſſum eſt, interdum ex pacto ſive Conventione. *Vult. in exeg. feud.*

FINIS LIBRI PRRIMI DE præcognitis Feudi.





SYSTEMATIS FEVDALIS LIBER II.

DE ERGASIA FEVDALI, SEV PRINCIPALI, ATQUE ESSENTIALI feudorum tractatione.

CAP. I.

DE PARTIBVS ERGASIÆ Feudalis, & de acquisitione Feudorum in genere.



Iber secundus agit de Ergasia, seu essentiali doctrina feudorum.

Infeliciter, & sine methodo docetur, cùm Subjectum, Principia, & Affectiones non prænoscũtur, tractatione peculiari: nã cùm de Subjecto per Principia

cipia, & affectiones demonstrantur, insulsa obrepit tautologia, nisi hic ordo observetur, & plura alia sequuntur in docendo incommoda. Non sine causa præcepit Aristoteles, illorum omnium prænotionem esse instituendam; eum sequuti sumus, & fructum desideratum inde speramus.

Εργασία Systematis feudalis consistit in demonstratione affectionum essentialium specialium de proprio adequato Systematis objecto in suis speciebus considerato.

Affectiones essentiales Objecti hujus Systematis, id est feudi, in quibus tota doctrina præcipua occupatur, sunt, Acquisitio feudi, & ejus Conservatio.

Hæc sunt etiam media ad finem præfixum, usum nimirum feudalem tendentia, à quibus in essentiali tractatione alicuius Systematis disciplinæ practicæ, qualis est hæc feudalis, ordimur, ex præscripto methodi Analyticæ. Cæterùm Jus omne cõsistit in acquirendo, & conservando l. fin. ff. de L L. Quocirca etiam jus feudale. Additur in d. l. Amissio; sed affectio hæc non est positiva, sed privativa, & inter accidentia acquisitionis de ea commodè docebitur.

Ergasiæ

Ergaſiæ itaquè, ſeu tractationis eſſentialis ſyſtematis noſtri feudalis, partes ſunt duæ; prior eſt de feudo acquirendo, altera de feudo conſervando: vel de feudi Acquiſitione, & de ejus Conſervatione.

Hac Diviſio ſumitur tum ex Subjecto, tùm ex affectionibus ejus eſſentialibus, & proprys, id eſt, ad ſubjectam materiam applicatis. Licet enim affectiones videãtur has diverſæ partes cõſtituere ſolæ, cùm tamen ad Subjectum, quod eſt feudum, applicantur, hæc quoq́ diviſio ex Subjecto eſſe dicenda.

Feudi acquiſitio dupliciter conſideratur, vel ut eſt acquirendum, vel ut eſt acquiſitum.

Feudi acquiſitionis, ut feudũ conſideratur acquirendum, ſpecies ſunt duæ: alia enim eſt acquiſitio feudi inter vivos, alia mortis cauſſa.

Inter vivos feudum acquiritur duobus modis, Inveſtitura, & Præſcriptione.

Gravis eſt controverſia inter juris feudalis interpretes; utrum inveſtitura ſit ſpecies acquiſitionis, an conſtitutionis.

Quod acquiſitionis ſpeciem aſſeram, monent me

aperti textus feudales, à quibus minimè recedendũ, c. unic. v. ſciendum. De feudi cognitione. c. unic. in pr. de conſuetud. rect. feud. *Conciliari tamen poteſt contraria opinio cum hac noſtra, ſi notetur: Inveſtituram dupliciter conſiderari, ut modum acquiſitionis, & ut modum conſtitutionis: cùm enim Inveſtitura ſit forma quædam feudi, forma autem habeat duplicem relationem, primò reſpectu compoſiti, ut nimirũ conſtituit eum materia ſuum totum: deinde reſpectu operationis, quæ promanat à forma. Reſpectu ſui totius, ſeu formati, nimirũ feudi eſt modus conſtitutionis, reſpectu verò virtutis ſuæ operandi eſt modus acquiſitionis, ex qua etiam hic effectus, ipſa nimirum acquiſitio oritur. Rectè igitur pro diverſo conſiderandi modo, in diverſis locis de Inveſtitura agitur, primò ut eſt principium conſtitutionis feudi, deinde ut eſt modus vel ſpecies acquiſitionis ejusdem. Sed hîc quoq; eximendus eſt non exiguus ſcrupus. Cùm Inveſtitura ſpecies ſit acquiſitionis, & non omne feudum acquiratur per Inveſtituram, ſed etiam aliis modis, quomodo feudum conſtituatur per ſolam Inveſtituram? Reſpondeo: Aliquando feudum per ſolam Inveſtituram acquiritur & conſtituitur ſimul, pro diverſo reſpectu, ut ſuprà dictum: aliquando verò aliis modis acquiritur, ſed ſuperveniente inveſtitura conſtituitur, perficitur, & cum materia in unum compoſitum & ens perfectum coaleſcit. Sicut per formam rei ſpecies vel formã, in re naturali acquiritur, & per formam etiam conſtituitur.*

Quare non abſurdum eſt Inveſtituram ſemper eſſe conſtitutionis modum, etiamſi non ſemper ſit mo-

dus acquisitionis. Porrò obiici possit: fidelitatem esse formam feudi, quare etiam esse principium constitutionis, non Investituram, cùm unius rei una sit forma, ergo unum etiam principium constitutionis.

Sed facilè occurritur. Nam una est forma unius speciei in Substantiis: alia est ratio in accidentibus, præsertim relativis, quibus καταχρηστικῶς *vocabulum formæ tribuitur, &* κατ' ἀναλογίαν*, ideo Logici in hac materia, utuntur peculiaribus terminis; Fundamentum enim appellant tale principium constitutionis, quod vel remotum est, vel propinquum. Sicut Efficiens quævis alia est vel remota, vel propinqua, ita quoq; Efficiens Relativa, seu fundamentum. Propinquum igitur & maximè essentiale principium constitutionis est fidelitas; remotum est investitura. Hæc ratio est, cur duo ponantur principia constitutionis, non tanquam binæ formæ essentiales, sed tanquam binæ caussæ Efficientes, vel si mavis, duo fundamenta relativa. Quod attinet numerum specierum acquisitionis inter vivos; addunt alii Donationem, & emptionem: sed hæ sub Investitura comprehenduntur. Sic etiam intra limites manebimus doctrinæ feudalis; nec evagabimur in Civilem scientiam; quod sanè fecerunt, qui tot acquisitionis feudalis modos constituêre, quot acquirẽdi rerũ dominii rationes.*

Malim etiam hanc acquisitionis feudalis speciem Investituram quàm tractationem appellare; nec enim simplici traditione, sed ea, quæ est per Investituram feudum acquiritur. Non

accenseo sententiam Judicis reliquis acquisitionis feudi modis, nec interdicta, quia ad feudi conservationem potiùs spectant, quàm ejus acquisitionem: qui enim per sententiam vel interdictum feudum habet, jus prius in eo habuisse apertum est. Vis bellica, quam quidam referunt inter species acquisitionis feudalis, juridica acquisitionis species non est, sed heterogenea, & ex jurisprudentia feudali explodenda. Ubi enim de jure agitur, violentia locum habere non potest.



TAB. ***

CAP. 2.

Investiri
est vel

CAPUT II.

DE PRIMA SPECIE Acquisitionis feudalis, ea nimirum, quæ est inter vivos, seu de Investitura.

INvestitura vel est de novo, vel de veteri beneficio.

Vtriusquè primò considerandа essentia, deinde ejus accidentia.

Essentia Investituræ posita est in ejus solennitatibus; quas consuetudo aliquando remittit.

Solennitates vel respiciunt munia, quæ Dominus circa Investituram, vel ea, quæ Vasallus obire solet.

Quo ad Dominum, occurrit 1. Citatio ad Investituram accipiendam:

2. Parium Curiæ in testimonium adhibitio ad minimum duorum:

Pares vel sunt præsentes in Curia, vel absentes: Si absentes, vocandi.

Qui rursus vel venire pollicentur, vel deficiunt: Si pollicentur, exspectandi sunt secundùm viri boni arbitrium.

Si deficiunt, tum feudum concedēs vel habet alios in alia Curia, vel non habet: & in alia curia, vel accedere volunt, vel deficiunt ipsi quoquè: si deficiunt, vel si in alia curia non habentur, extranei sunt adhibendi.

Si investitura fiat de veteri feudo, non opus est, ut Pares advocentur, ad testimonium perhibendum. Hæc Parium adhibendorum in feudo novo solennitas ab initio communis fuit omnibus tàm Ecclesiasticis, quàm Laicis; à qua Ecclesiastici paulatim recesserunt; hodie ut plurimùm Laici.

Tertiò à parte Domini requiritur traditio, vel quæ vicem traditionis obtineant, verba, & signa; cujusmodi sunt hasta, annuli, baculus, ensis, vexillum, chirotheca, aut quid simile.

Investitura, quæ traditione fit corporali, & solenni, propria vocatur: quæ verò fit signis tantùm, & verborum addita promissione, sine traditione, & apprehensione corporali, vocatur impropria, & abusiva.

Talis impropria potest etiam esse feudi nondum aperti, sed quod aperiendum speratur.

Præterea, Investitura vel fit ab ipso Domino, vel ejus Procuratore.

Hæc

Hæc de ſolennitatibus, quæ requirũtur exparte Domini: ex parte Vaſalli requiritur fidei promiſſio: quæ vel eſt jurata, ſecundúm jus; aliquando non jurata, ex conſuetudine loci.

Promiſſio fidei vel fit ab ejus, cui in feudum datur, perſona propria, vel Procuratore ipſius à Domino agnito & approbato ſpeciale mandatum habente; niſi ſit tutor vel curator, quorum officium, modò de eo conſtet, inſtar mandati ſpecialis operatur.

Hæc de eſſentia Inveſtituræ: ſecundúm Accidentia diſtinguitur Inveſtitura in eam, quæ fit purè vel in diem, vel ſub conditione, eaq; poſſibili, & honeſta.

Item, in eam quæ fit ſcripto, vel ſine ſcripto.

Nam ſcriptura (quamvis aliquando Metonymicè Inveſtituræ appellationẽ ſortiatur, & propriè ſcriptura ſit Inveſtituræ Inſtrumentum, breve teſtatum appellant) non eſt de eſſentia Inveſtituræ, cùm ſine ſcriptura expediri poſſit, Conſultiùs tamen eſt probandæ rei geſtæ cauſſâ, ut ſcriptura adhibeatur.

Porrò Inveſtitura eſt vel cum pactis, vel ijs caret.

Pacta Inveſtituræ acceſſoria ſunt ſervanda, ſi cum feudorum ſubſtantia non pugnant, ſi legibus non ſint prohibita, & in continenti ſi fuerint adhibita.

Nam ab initio pro libitu paciſci licet, poſtea alterutro invito etiam ſolita pacta apponi non poſſunt.

Deniq; Inveſtitura eget interpretatione, vel non eget.

Interpretatio ſumitur ex verbis, & mente contrahentium, quin & ex natura negotij, & conſuetudine feudorũ generali, vel ſpeciali; nec non ex Inveſtiturarum inter ſe collatione.

Vide, quæ apud authores de interpretatione Inveſtituræ fuſiùs tradũtur. Sunt qui Renovationẽ Inveſtituræ inter ſpecies eius collocant, eam tamẽ malui ad obligationem feudalem referre, ubi ejus tractationem videre licebit.

TA-

TABVLA CAP. III.

Præscriptione acquiritur Feudum à

- parte Vasalli,
  - 1. Si per 30. annos rē alienam possederit, tanquam feudum.
  - 2. Si bona fide.
  - 1. Si absque interruptione:
  - 4. Si servitium tanto tempore exhibuerit ei, cujus res est, vel esse putatur.
- Parte Domini
  - 1. Si per 30. annos tanquam proprium & directum dominium, fundum possedit.
  - 2. Si servitia ab aliquo tanquam à Vasallo receperit.

CAPUT III.

DE PRAESCRIPTIONE Feudali.

HÆc de prima ſpecie acquiſitionis, inter vivos: ſequitur altera, quæ fit præſcriptione.

Præſcriptione acquiritur feudum tùm à parte Vaſalli, tum à parte Domini.

A parte Vaſalli, ſi per triginta annos rem alienam tanquam feudum, bona fide, ſine interruptione poſſederit, ac ei, cuius res eſt, vel eſſe putatur, ſervitium exhibuerit, etiamſi titulum non habeat, cuius loco animus poſſeſſoris rem in feudum habere volentis ſufficit.

Si itaq; rem alienam ita poſſedit, ut ſervitium nullum exhibuerit ei, qui feudi ſe Dominum dicit, præſcriptio locum habere poteſt.


Præſcriptio autem à Vaſallo ſecundũ illa ſuperiora requiſita ſi fuerit impleta, res præſcripta naturam veri feudi induit, & Vaſallus eam obtinet, ac ſi de ea inveſtitus fuiſſet.

Ex

Ex parte Domini totidem annis præscribitur, & in fundo directum Dominium sibi acquirit, fitq; feudalis, quamvis revera liber fuerit, si servitia à Domino ejus tanquam à Vasallo receperit is, qui directum dominium prætendit, ideoquè illum tanquam Vasallum verum, fide & vinculo Vasallatico, sine Investitura, sibi obligat.

Non minus tamen Renovatio Investituræ hîc necessaria est, quàm in quolibet alio feudo.

TAB. CAP. IV.



Acquisitio mortis caussa, seu successio, vel est
Ab intestato hic consideratur
vel Testamentaria seq. cap.
Sexus
Masculinus
fœmininus
Ordo consideratur vel secundum
Lineam
Gradus.
Rectam
Collateralem.
Ascendentium qui sunt vel
Descendentium vel
Legitimi
Legitimati
Naturales legitimi
Naturales non legitimi.
per oblationem curiæ
rescripto principis
per subsequens matrimonium.
nullo existente Testamento
aliquo & hic consideratur
Exhæredati
Præteriti

De

CAPUT IV.

DE SVCCESSIONE FEVdorum ab intestato.

HÆc fuit acquisitio inter vivos, sequitur acquisitio mortis caussa.

Acquisitio mortis caussa fit successione, qua feudum antiquum acquiritur, cum alijs modis novum acquiratur.

Successio feudalis vel est Legitima, seu ab intestato, vel Testamentaria.

Legitima successione, seu ab intestato, feudum acquirunt homines liberi, feudi capaces, ex primo acquirente, per masculos descendentes ad servitia prȩstanda habiles.

In Successione ab intestato, vel consideratur sexus, vel ordo.

Sexum quod attinet, Fœminæ regulariter à feudi successione excludũtur; certis casibus admittuntur, sicut ex fæminina linea orti.

Admittũtur fæminȩ (ut & ex fæminina linea orti) vel solæ, vel cum masculis, in successione; vel post eos.

Solæ fæminæ, & ex fæminina linea orti, si feudum sit faemininum.

Cum masculis in successione admittuntur fæminæ, si cautum sit pacto, verbis disertis, & consuetudine, seu statuto receptum; item si feudum sit francum, aut ad certum servitium, quod à fæmina honestè præstari possit, & decẽter; vel si concessum sit expressè, ut in eo succedant fæminæ, sicut masculi; deniquè si feudum ab utroque conjuge simul fuerit acceptum.

Post masculos fæminæ, & ex fæminina linea orti, ad successionem admittuntur, extra illos casus, id est, tum demum, quando à primo acquirente nulli supersunt masculi.

Qui semel excessit, nullo extáte masculo, eo postea extante, à feudo propterea non removetur.

Sunt, qui æquius esse putant, fæminam semel à successione per masculum exclusam, cum casus evenit, quo succedere possit, admittendam esse. Quinam porrò excludantur à feudi successione, videatur suprà, qui feudi sint incapaces. Itaq; Clerici tum demum arcentur, si ordo & leges ipsorum obstent, quo minùs præstari possint ea, quæ ex fidelitate, aut feudi natura peculiari sunt præstanda.

Hæc de Sexu circa ſucceſsionem ab inteſtato: Ordo hujus ſucceſsionis conſideratur vel ſecundùm lineã, vel ſecundùm Gradum: ſecundùm Lineam vel rectam, vel collateralem.

In recta ſuccedunt Aſcendentes, & Deſcendentes.

Aſcendentes duobus caſibus: 1. Quãdo pater feudum filij nomine refutavit, ut filius inveſtiretur, tunc filio mortuo ſine liberis, vivo patre feudum ad patrem revertitur.

2. Quando filius reſpectu patris, & ob eius bene merita fuit inveſtitus, tunc quoque filio decedente ſine hærede maſculo, pater in feudo ſuccedit.

Deſcendentes ſuccedunt non tantùm naturales Legitimi, ſive emancipati, ſive ſub patria poteſtate exiſtentes; ſed etiam legitimati, imò Naturales nõ legitimi.

Naturales non legitimi liberi, ſive ſint ex concubina domi nati, ſive ſpurij, ſive adulterini, non autem ex inceſtuoſo concubitu nati.

Legitimi non naturales, ſeu adoptivi non ſuccedunt jure feudali.

Legitimati ut ſunt diverſi generis, diverſam ſubeunt juris feudalis diſpoſitionem.

Legitimati per oblationem Curiæ qui jus ſuitatis conſequuntur, non jus agnationis, ſoli patri non etiam agnatis in feudo ſuccedunt à patre poſt legitimationem filij acquiſito.

Reſcripto Principis Legitimati in feudis non ſuccedunt, niſi conſentiant ij, quorum intereſt, ut ita ſint legitimati quò in feudis ſuccedendi jus habeant.

Duo itaq; requiruntur ut hi ſuccedere poſſint: 1. ut in hoc ſint legitimati quò in feudis ſuccedant 2. Conſenſus eorum, quorum intereſt.

Legitimatos per ſubſequens matrimonium ſuccedere æquitati maximè conſentaneum eſt, & Cameræ Imperialis præjudicio confirmatum.

Hæc de Aſcendentibus, ſequitur ſucceſsio deſcendentium ab inteſtato:

Hæc ſucceſsio deſcendentium vel fit nullo prorſus exiſtente teſtamento, vel aliquo exiſtente, & quidem hoc caſu, vel cùm fuerint exhæredati vel præteriti.

Nullo

Nullo existente simpliciter, descendentes, sicuti quoq; aliquo existente testamento, quo tamen fuerint præteriti, succedunt illi, qui ex primo acquirente orti, in infinitum; nec alij regulariter feudorum successionis sunt capaces quàm ex primo acquirente descendentes, sive nullo existente testamento, sive aliquo fuerint præteriti.

Exhæredati succedunt in feudo ex pacto, & providentia indistinctè, sive justè, sive injustè exhæredati fuerint.

Arg. c. 1. in princ. De Success. Feud.

Hæc de Linea recta; in Linea Collaterali succedunt soli Agnati, ut fratres consanguinei, non uterini.

C. unic. vers. agnatos de success. fr.

Et Agnati quidem admittuntur ad solius paterni seu antiqui feudi successionem.

C. unic. vers. Si duo fratres. de Feud. Marchiæ §. sui autem. Instit. de hæred. qual. & differ.

Tantùm de Linea recta, & Collaterali, sequitur ut agatur de gradibus.

Gradus computantur ex genitura seu

geniculo: nam geniculum seu generatio gradum constituit (*§. hactenus ille Instit. de Grad.*) adeoq; in feudalibus computatio secundùm jus Civile est instituendum, non secundùm jus Canonicum.

Si Descendentes sint primi gradus, in capita, si ulterioris, in stirpes æqualiter succedunt; pactis tamen & statutis ubiq; reservatis.

Gradus in linea Collaterali quo ad successionem feudalem, hanc retinent juris dispositionem; inter Agnatos primi succedunt defuncti alicuius fratres, & fratrum prædefunctorum filij; illi in capita, hi concurrentes cum illis in stirpes: & non tantúm in feudo absolutè hæreditario, sed etiam in mixto, atque illo quod est ex pacto & providentia: qui verò non concurrunt cum fratribus defuncti in capita succedunt.

Deficientibus fratrum filijs, reliqui Agnati gradu proximiores in capita usque in infinitum vocantur. *c. unic. in fin. De success. feud.*

Si in Infinitum vocantur, quomodo subsistunt textus

textus & Dd. sententia, qui de ſeptimo gradu loquũtur? Vide Mynſing. Cent. 2. obs. 95. Et noſtrum Conciliatorem Practicum.

Poſt fratrum liberos nulla eſt repræſentatio,

Sicut in Allodialium ſucceſſione, ita quoque feudorum, qui gradu eſt proximior, prior eſt in ſucceſſione, excluſo ulteriori.

Proximitas in hac ſucceſsione, quæ eſt ultra fratrum filios, nõ ex primo acquirente, ſed ex proximè defuncto vulgò æſtimatur, quod uſu quoque confirmatum eſt.



CAPUT V.

DE SVCCSSIONE TEstamentaria.

IN feudis Teſtamentaria ſucceſſio regulariter nulla eſt.

Ideoq; ſi vaſallus alicui feudum legaverit, hæres non tenetur ad æſtimationem; multò minus ſucceſſor, niſi aliunde de voluntate teſtatoris liquidò conſtet, quòd æſtimationem legare voluerit, tunc enim ab herede æſtimatio præſtanda. [*arg. l. Si quis inquilin.* 112.*pr. ibi. gl. ff. De Leg.*].

Eſt tamen certis quibuſdam caſibus locus teſtamentariæ ſucceſsioni. 1. Quando feudum eſt abſolutè hæreditarium, quod pater non modò uni filiorū, ſed & cuilibet alij etiā in Inveſtitura nō vocato, tàm maſculo, quàm fæminæ inſtar aliarum rerum hæreditariarum relinquere poſsit. *Gail. lib.* 2 *Obs.*154.

Deinde Teſtamentaria ſucceſsio locum habet, ſi vaſallo, & quibus ille dederit feudum concedatur: de hoc enim

nim licitè vasallus testari poterit, & pro libitu, cui velit, uti jus testandi est, relinquit.

Item, si Domini, & Agnatorum proximorum consensu communi testamẽtum fiat, ubi agitur de feudo antiquo: in novo feudo solius Domini consensus sufficit.

Si Vasallus de feudo testatur inter liberos, cum Domini consensu.

Præterea, succesio Testamentaria locum habet, si is instituatur, qui ab intestato successurus fuerat.

Si etiam de jure pignoris testetur, quod quis in feudo habeat.

Denique si consuetudo & statutum permittat.

Dubitatur utrum successor æs alienum à defuncto conflatum tenetur exoluere in solidum? Respõdeo: *Successor qui semel hæres est, & inventarium non confecit æs alienum à defuncto conflatum exoluere tenetur in solidum: Si confecerit, quatenus hæreditatis vires se extendunt, in quam etiam feudũ absolutè hæreditarium imputatur. Qui autem hæres non est ultra debitum, pro meliorando feudo, cõtractum non obligatur. Mynsing.* 1. *obs.* 67. *n.* 8. *Gail. lib.* 2. *obs.* 154. *Rosenth. c.* 7. *concl.* 20. *n.* 12.

Quæ-

Quæritur etiam, num feudum in Legitimam imputetur? Resp. *Feudum tam pactionatū, quàm impropriè hæreditarium in legitimam non imputari. Num venit in bonorum collationem vel fidei, commissi generalis restitutionem?* Nego: *neq; in hoc feudi genere jus accrescendi propriè locum habet.*

Quid verò si feudum non fuerit agnitum, jure ne ipso transmittitur in successorem? Rectè affirmat Rosenth. cap. 7. concl. 17. n. 20.

TAB.

TAB CAP VI

Sequitur consideratio feudi acquisiti; cujus proprietates sunt:

- finitio: finitur autem
  - vel simplici & sine culpa finitione; vel
    - Ex re,
    - personis
      - morte
      - præscriptione libertatis,
      - contraria conventione. cap. seq.
  - vel cum culpa, quæ amissio seu privatio feudi appellatur.
- Recuperatio.

CAPUT VI.

DE FEUDO FINITO EX re & personis.

HActenus consideravimus feudum acquirendum, sequitur ut consideremus proprietates, & affectiones feudi acquisiti.

Feudum Acquisitum vel consideratur ut finitur, vel ut recuperatur.

Feudum finitur vel simplici, & sine culpa, finitione; vel amissione ex culpa: unde duo hîc occurrunt perpendenda; alterum est de feudo finito, specialiter finitionis voce accepta, alterum de feudo amisso:

Finitur Feudum simplici & sine culpa finitione, vel ex re, vel personis.

Ex re ipsa, quodcunque feudum unà cum rei ipsius interitu, in qua feudum est constitutum, interit.

Ex personis eorum, cùm feudum extinguitur illorum caussâ, inter quos respectu feudi mutua quædam est obligatio. Atque

Atque hæc finitio vel fit morte, vel contraria conventione, vel præscriptione libertatis.

Morte vel Domini vel Vasalli.

Domini morte, si ipsi defuncto nemo sit heres; quo casu, qui Vasallus erat desinit esse Vasallus, & proprietas cum utili dominio consolidatur.


Morte Vasalli si eo defuncto nemo superest alius, cui jus succedendi in feudo competat, tũ enim feudum ad proprietatem revertitur, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

Præscriptione libertatis feudum extinguitur, cùm Vasallus possessor à Domino servitia prestare detrectaverit, atque à tempore denegationis huius anni triginta lapsi fuerint. *Dd. in c. 1. §. Si quis per triginta. Si de feud. def.*

Conventione contraria eorum, quorum interest, extinguitur feudum, & quidem omnium, si feudum sit, antiquũ: at si novum sit, consentiente tantùm eo qui concessit, & qui accepit, imò quandoq; volente solo illo, qui accepit.

TAB.

TABULA CAP. VII.



CAP.

CAP. VII.

DE SPECIEBVS CONtrariæ conventionis.

CONtraria conventio qua feudum finitur, vel eſt Alienationis, vel Subinfeudationis, vel Renunciationis.

Sunt qui referant doctrinam de alienatione, ad caput de amiſſione ex culpa; ſed cùm quædam etiam alienatio ſit licita, generalior eſt hic tractatus quàm ut eo capite concludi poſſit.

Alienatio eſt, cùm res feudalis ex juſto titulo per traditionem verè transfertur: ſive hoc fiat venditione, donatione, Legato, permutatione; ſive oppigneratione, in dotem, in Emphyteuſin, per libellum, in ſolutum datione, compenſatione, vel quavis alia diſtractione.

Alienatio autem eſt Licita vel Illicita.

Licita eſt, quę fit cum conſenſu eorum, quorum intereſt; vel conſuetudine juris, qua alienatio fuerit approbata.

Intereſt autem vel Domini, vel Agnatorum Vaſalli, vel alterius in Inveſtitura comprehenſi. E

Si Domini ejusdem feudi ſunt plures tutiùs eſt omnium conſenſum impetrare, etſi unus alio ſit ſuperior:

Conſenſus Domini vel generalis eſt, vel ſpecialis: uterq; vel tacitus, vel expreſſus. *De quibus in Conciliatore noſtro Practico.*

Conſenſus Domini vel ſolus requiritur vel cum alijs.

Solus, ſi feudum ſit novum; non ſolus ſed & Agnatorum requiritur aliorumve, quorum intereſt ſi feudum ſit antiquum.

Hæc de licita alienatione tantùm, de illicita agendum in capite de amiſſione feudi ex culpa.

TAB. CAP. VIII.

- Subinfeudatio.
  - Licita, ad hanc requiritur
    - 1. Sinceritas consistit in trib.
      - 1. ut vitetur falsus prætextus
      - 2. ut jus Domini maneat salvum
      - 3. ne fiat in fraudem Agnatorum.
    - 2. ut vel fiat erga superiorem vel æqualem — utraque vel fit
      - à vasallo
      - vel sub vasallo &c.
    - 3. ut conditionibus quibus ipse accepit
    - 4. ne obsit pactum.
  - Illicita

CAPUT VIII.

DE SUBINFEUDATIONE.

SEquitur inter species contrariæ Cōventionis Subinfeudatio, quæ est actus, quo Vasallus feudum quod habet, vel totum, vel aliquam eius partem alij in feudum legitimè concedit.

Pace magni Rosenthalij, Subinfeudatio (ut vitetur ἀταξία) non est miscenda cum alienatione, quamvis licitâ. Nam alienatio est juris sui plenarij translatio; Subinfeudatione retinetur jus quasi Dominij.

Subīfeudatio vel est Licita, vel Illicita.

Ad Subinfeudationem Licitam quatuor requiruntur: 1: Sinceritas, ut Vasallus feudum alteri sine fraude concedat. *c. un. qual. olim feud. alien pot.* 2. Vt Personæ, si non superiori, ad minimū æqualis conditionis infeudet. 3. Vt ijsdem conditionibus quibus feudum ipse tenebat. *c. unic. §. profectò, de Leg. Corrad. Mynsing. 1. Obser. 62.* 4. ne pactum obsit quo Subinfeudatio fuerit prohibita.

Sinceritas

Sinceritas Subinfeudantis consistit in tribus: 1. ut quod agitur verè agatur, nec prætextus quæratur ad occultandã alienationem prohibitam. 2. Vt jus Domini salvum maneat & integrum: 3. ne Subinfeudatio fiat in fraudem agnatorum.

Subinfeudatio vel fit à Vasallo, vel à Subvasallo, aut Subvasallorum Subvasallis in infinitum. *c. unic. vers. simil. De lege Corrad.*

Subinfeudatio illicita est, cùm una ex superioribus conditionibus deest, inprimis si pactum obsit, quo feudum accipienti subinfeudandi facultas sit ablata.

TABULA CAP. IX.

- Supereſt ex contraria coventione Renun. ciatio quæ fit vel
  - A Domino.
  - vel à Vaſallo, & vocatur REFUTATIO aliâ eſt
    - Propria, quæ fit Domino,
      - volenti,
      - inuito.
    - Impropria
      - Agnatis
        - deſcendentibus,
        - collateralibus.
      - Extraneis.

CAPUT IX.

DE FEVDI RENVNCIATIONE, & Refutatione.

FEudi Renunciatio vel fit à Domino; vel à Vasallo quæ vocatur Refutatio.

Refutatio alia est propria, seu uti loquuntur, in manus Domini, alia impropria, quæ fit vel agnatis, vel extraneis.

Vtraque fieri potest Domino tàm nolente, quàm volente.

Distinguunt multi dicentes, feudum ad certum servitium datum invito Domino refutari non posse; datum ad servitium indeterminatum sive etiam nullum, invito Domino refutari posse. Molin. §. 1. gloss. 5. num. 3. Rosenth. c. 9. concl. 69.

Refutatio quæ fit Domino, non tantùm fit ipsi volenti, sed etiam quandoq; ipsi invito, modò si ipsi refutatio fiat invito, fiat tempestivè.

In Refutatione quæ fit ipsi Domino non opus est aliorum consensu.

Refutatur autem vel novum, vel antiquum, si refutatur feudum novum, perpetuò refutatum censetur: Si antiquum, censebitur refutatum quo ad refutans vixerit.

Id est, feudum novum ita refutatur, ut agnati vel alij, quorum interest ullo tempore id à Domino vel eius hæredibus revocandi potestatem non habeant, nisi contemplatione ipsorum expressè etiam datum fuerit: antiquum verò Domino refutatur, ut vivente Vasallo feudum à Domino vel eius hæredibus repetere non possint; mortuo verò Refutante, possunt repetere. Mynsing. Cent. 6. obs. 23. n. 2. V ult. lib. 1. cap. 10.

Agnatis fit refutatio vel descendentibus, vel collateralibus Vasalli.


Descendentibus tàm novum quàm antiquum feudum refutatur rectè; Collateralibus verò antiquum duntaxat, modò sint ex descendentibus primi acquirentis.

Notandum hic venit, quòd feudum refutatum remotiori, revocari possit à proximiori:

Refutationis factæ extraneis jus coincidit cum jure alienationis: *De qua partim est actum, partim suo loco dicetur.*

TAB.

TABVLA CAP. X.


Amissio feudi vel est
Vasalli
Domini.
Investitionis
hic amittit feudũ vel ob culpam, seu feloniam
Investiendi
Commissionis
vel omissionis variæ,
in Dominum
Extraneum.
Directò
per consequentiam in
personas alias
res proprias Domini
potestati subjectas.
necessit. vel affinis junctas.

CAPUT X.

DE FEUDI AMISSIONE.

DOcuimus de feudi acquisiti finitione, quæ fit simpliciter, & sine culpa; sequitur ut agamus de Amissione feudi, quæ est eius finitio, imò privatio, propter culpam.

Amissionem hîc specialiter accipimus, & distinguimus amissum feudum à finito: ut non tàm subtiliter quàm congruè, & verè distinguunt nostri Feudistæ: quemadmodum aliud est amittere usumfructum, & finiri. Paul. 3. sent. 6.

Feudum autem vel amittit Vasallus, id est, utilitatem eius; vel Dominus, quoad proprietatem: uterq; propter suam culpam.

Vasallus vel investitus, vel investiendus; id est, cui investituræ facta est promissio.

Investitus amittit feudum vel ob culpam commissionis, vel ob culpam omissionis; utraq; felonia appellatur.

Culpa

Culpa commiſſionis vel patratur in Dominum, vel in extraneum.

In Dominum vel directò, vel per cõſequentiam.

Directò Dominus offenditur, ſi verbis, & facto injurioſè tractetur, pulſetur, vulneretur, occidatur, à Vaſallo: ſi cum inimicis Domini amicitia ab illo contrahatur, ſi Delator ſit Domini, vel Proditor: Si ſecretum eius ſibi creditũ dolo & propoſito malo effutiat; & ſi feudum inficietur, ſive totum ſive ex parte, privabitur etiam feudo vel toto vel ex parte. Si inſtrumentum feudi inficietur, modò recenter poſſeſſionem nactus ſit: Si in cauſſa gravi, & magni momenti male contra Dominum judicet; cùm criminis capitalis eum accuſet; aut famoſa actione, vel Interdicti unde vi, adverſus Dominũ experiatur: imò ſi in Civili cauſſa non modica, vel criminali cõtra Dominiũ jus dicat, niſi à judice cogatur: ſi Caſtrum Domini oppugnaverit ſciens Dominum, vel Dominam ibi eſſe: ſi quin etiam ſuo feudo, & beneficio abutatur.

Per consequentiam Dominus offenditur in persona aliorum, & rebus proprijs.

In persona aliorum, ubi alijs potestati, affectuíq; Domini Subjectis injuria infertur.

Vt si Vasallus Dominum (uti loquuntur Feudistæ) *cucurbitet, id est, maculam adulterij vel stupri in patroni domum inferat, quod fit vel in uxore domini, etiam attentando tantùm ipsius pudicitiam, vel in sponsa Domini, in nepte ex filio nata, in matre, sororeve Domini adhuc virgine; imò si rem habuerit cum Domini vidua.* (ut multis placuit): *Atq; in his omnibus, sive in domo Domini, sive extra illam, tempore cucurbitationis habitent: & sive alias illæ mulieres honestè sive inhonestè vivant, & sive volentes, sive nolentes cucurbitantem admittant. Offenditur etiam Dominus per alios, seu per consequentiam si graves & attroces injuriæ illatæ fuerint personæ propiori aliqua necessitudine Vasallo devinctæ.*

In rebus Dominus læditur, si feudum dolo malo Vasallus alienet inconsulto Domino, omnis enim talis alienatio est illicita, aut insigne detrimentum inferat: item, si dolo malo damnum det in alijs eius rebus, putà castris munitionibus aut alijs possessionibus, etiamsi

eas

eas communes haberet cum Domino.

Culpa adversus extraneum committitur, si Vasallus patricidium perpetret, vel filium aut fratrem occidat; si Vasallus sit proditor, Maiestatis crimen incurrat; nimiùm in subditos sæviat, incestum si perpetret, non autem quodvis aliud stuprũ, si convasallum interimat: item si sit alia caussa, ob quam Vasallus honestè & sine dedecore in curia Domini stare non possit.

Emergunt plures aliæ caussæ ex culpa commissionis præter eas, quæ fuerunt expressæ, quibus justè feudum adimi potest. Ideoq; judex solers & aequus providebit, si qua antiquioribus caussis similis vel major sit, utrum beneficium sit amittendum aut retinendum. c. unic. §. sed quia natura. Quæ fuit prim. causs. benef. amitt.

Hæc de culpa commissionis: omissionis culpa feudum amittitur, si servitia debita prętare nolit, Dominum in acie deserat, grandem illi jacturam imminere sciens non indicet aut avertat, aliovè modo in angustijs constitutum pro virili non juvet, si in canonis annui præstatione dolo malo per triennium

cesset, aut intra legitimum tempus investituræ renovationem non petat, feudum amittit.

Est etiam certa pœna delicti à nondum investito Vasallo patrati, cui tamen de investiendo feudo facta est promissio; si eiusmodi aliquid committat ob quod investitus feudo esset privandus: vel si promittens in continenti de ingratitudine doceat investire non tenetur; item, si res altiorem indaginem postulet: Potest tamen fieri his casibus investitura salvo jure discutiendæ feloniæ.

Feudũ autẽ his caussis plenè nõ amittitur ipso jure, sed per sententiã judicis.

Itaq; non statim Domino credendum asserenti Vasallum commisisse ingratitudinem, ideoq; feudo privandum esse, sed caussæ cognitio adhibenda est, eandemq; sequi debet sententia judicis. Sic quidem Regulariter: excipiuntur quorundam opinione casus, quibus feudum ipso jure amittitur, quos recenset Rosenth. C. 41. n. 25. & seq. Dissentiunt. alij, qui judicis sententiam requirunt, quamvis Vasallus arguatur alicujus ingratitudinis, ex qua ipso jure, feudo cecidisse dicendus esset.

Hæc de amissione feudi ob culpam Vasal-

Vaſalli inveſtiti, & inveſtiendi.

Dominus quoque ex multis cauſſis proprietate, quibus Vaſallus utilitate feudi privari poteſt.

Non enim tàm arcta eſt obligatio Domini erga Vaſallum, quàm eſt Vaſalli erga Dominum: ideoq; fit ut ex qua cauſſa privaretur jure ſuo Vaſallus, ex eadem non privetur proprietate ſua Dominus.



TABULA CAP. XI.



CAPUT XI.

DE FEVDI RECVPERAtione, eiusq; speciebus, inprimis de Remissione, & Revocatione.

VIdimus feudi acquisiti priorem affectionem, quæ erat feudi Finitio; altera affectio, seu attributum speciale posterius est feudi Recuperatio.

Feudo finito generaliter ita accepto respondet Recuperatio, *quæ vox docendi gratia etiam generaliter accipitur, ut sequentes species includat.*

Recuperatio feudi vel est vera & propria, vel quasi Recuperatio.

Vera & Propria fit Remissione, seu culpæ abolitione.

Dicitur propria, & vera, quia propriè loquendo non ad alium redit, quàm ad illum ipsum possessorem Vasallum, qui feudum amiserat. Aliter se res habet circa Revocationem, & Devolutionem, quibus feudũ non recuperatur à Vasallo, qui amiserat (propriè enim Recuperatio & rectà respondere debuisset amissioni) sed recuperatur ab Agnatis, vel à Domino.

F

Refutatur autem vel novum, vel antiquum, si refutatur feudum novum, perpetuò refutatum censetur: Si antiquum, censebitur refutatum quo ad refutans vixerit.

Id est, feudum novum ita refutatur, ut agnati vel alÿ, quorum interest ullo tempore id à Domino vel eius hæredibus revocandi potestatem non habeant, nisi contemplatione ipsorum expressè etiam datum fuerit: antiquum verò Domino refutatur, ut vivente Vasallo feudum à Domino vel eius hæredibus repetere non possint; mortuo verò Refutante, possunt repetere. Mynsing. Cent. 6. obs. 23. n. 2. Vult. lib. 1. cap. 10.

Agnatis fit refutatio vel descendentibus, vel collateralibus Vasalli.


Descendentibus tàm novum quàm antiquum feudum refutatur rectè; Collateralibus verò antiquum duntaxat, modò sint ex descendentibus primi acquirentis.

Notandum hic venit, quòd feudum refutatum remotiori, revocari possit à proximiori:

Refutationis factæ extraneis jus coincidit cum jure alienationis: *De qua partim est actum, partim suo loco dicetur.*

TAB.

TABULA CAP. X.


Amissio feudi vel est
Vasalli
Domini.
Investitis hic amittit feudū vel ob culpam, seu feloniam
Investiendi
Commissionis
vel omissionis variæ,
in Dominum
Extraneum.
Directò
per consequentiam in
personas alias
res proprias Domini
potestati subjectas.
necessit. vel affinis junctas.

CAPUT X.

DE FEUDI AMISSIONE.

DOcuimus de feudi acquiſiti finitione, quæ fit ſimpliciter, & ſine culpa; ſequitur ut agamus de Amiſſione feudi, quæ eſt eius finitio, imò privatio, propter culpam.

Amiſſionem hîc ſpecialiter accipimus, & diſtinguimus amiſſum feudum à finito: ut non tàm ſubtiliter quàm congruè, & verè diſtinguunt noſtri Feudiſtæ: quemadmodum aliud eſt amittere uſumfructum, & finiri. Paul. 3. ſent. 6.

Feudum autem vel amittit Vaſallus, id eſt, utilitatem eius; vel Dominus, quoad proprietatem: uterq; propter ſuam culpam.

Vaſallus vel inveſtitus, vel inveſtiendus; id eſt, cui inveſtituræ facta eſt promiſſio.

Inveſtitus amittit feudum vel ob culpam commiſſionis, vel ob culpam omiſſionis; utraq; felonia appellatur.

Culpa

Culpa commiſſionis vel patratur in Dominum, vel in extraneum.

In Dominum vel directò, vel per cõſequentiam.

Directò Dominus offenditur, ſi verbis, & facto injurioſè tractetur, pulſetur, vulneretur, occidatur, à Vaſallo: ſi cum inimicis Domini amicitia ab illo contrahatur, ſi Delator ſit Domini, vel Proditor: Si ſecretum eius ſibi creditũ dolo & propoſito malo effutiat; & ſi feudum inficietur, ſive totum ſive ex parte, privabitur etiam feudo vel toto vel ex parte. Si inſtrumentum feudi inficietur, modò recenter poſſeſſionem nactus ſit: Si in cauſſa gravi, & magni momenti male contra Dominum judicet; cùm criminis capitalis eum accuſet; aut famoſa actione, vel Interdicti unde vi, adverſus Dominũ experiatur: imò ſi in Civili cauſſa non modica, vel criminali cõtra Dominiũ jus dicat, niſi à judice cogatur: ſi Caſtrum Domini oppugnaverit ſciens Dominum, vel Dominam ibi eſſe: ſi quin etiam ſuo feudo, & beneficio abutatur.

Per consequentiam Dominus offenditur in persona aliorum, & rebus proprijs.

In persona aliorum, ubi alijs potestati, affectuíq; Domini Subjectis injuria infertur.

Vt si Vasallus Dominum (uti loquuntur Feudistæ) *cucurbitet, id est, maculam adulterij vel stupri in patroni domum inferat, quod fit vel in uxore domini, etiam attentando tantùm ipsius pudicitiam, vel in sponsa Domini, in nepte ex filio nata, in matre, sororeve Domini adhuc virgine; imò si rem habuerit cum Domini vidua.* (ut multis placuit): *Atq; in his omnibus, sive in domo Domini, sive extra illam, tempore cucurbitationis habitent: & sive alias illæ mulieres honestè sive inhonestè vivant, & sive volentes, sive nolentes cucurbitantem admittant. Offenditur etiam Dominus per alios, seu per consequentiam si graves & attroces injuriæ illatæ fuerint personæ propiori aliqua necessitudine Vasallo devinctæ.*

In rebus Dominus læditur, si feudum dolo malo Vasallus alienet inconsulto Domino, omnis enim talis alienatio est illicita, aut insigne detrimentum inferat: item, si dolo malo damnum det in alijs eius rebus, putà castris munitionibus aut alijs possessionibus, etiamsi

eas

eas communes haberet cum Domino.

Culpa adversus extraneum committitur, si Vasallus patricidium perpetret, vel filium aut fratrem occidat; si Vasallus sit proditor, Maiestatis crimen incurrat; nimiùm in subditos sæviat, incestum si perpetret, non autem quodvis aliud stuprũ, si convasallum interimat: item si sit alia caussa, ob quam Vasallus honestè & sine dedecore in curia Domini stare non possit.

Emergunt plures aliæ caussæ ex culpa commissionis præter eas, quæ fuerunt expressæ, quibus justè feudum adimi potest. Ideoq́ judex solers & aequus providebit, si qua antiquioribus caussis similis vel major sit, utrum beneficium sit amittendum aut retinendum. c. unic. §. sed quia natura. Quæ fuit prim. cauſſ. benef. amitt.

Hæc de culpa commissionis: omissionis culpa feudum amittitur, si servitia debita pręstare nolit, Dominum in acie deserat, grandem illi jacturam imminere sciens non indicet aut avertat, aliovè modo in angustijs constitutum pro virili non juvet, si in canonis annui præstatione dolo malo per triennium

cessct, aut intra legitimum tempus investituræ renovationem non petat, feudum amittit.

Est etiam certa pœna delicti à nondum investito Vasallo patrati, cui tamen de investiendo feudo facta est promissio; si eiusmodi aliquid committat ob quod investitus feudo esset privandus: vel si promittens in continenti de ingratitudine doceat investire non tenetur; item, si res altiorem indaginem postulet: Potest tamen fieri his casibus investitura salvo jure discutiendæ feloniæ.

Feudũ autẽ his caussis plenè nõ amittitur ipso jure, sed per sententiãjudicis.

Itaq; non statim Domino credendum asserenti Vasallum commisisse ingratitudinem, ideoq; feudo privandum esse, sed caussæ cognitio adhibenda est, eandemq; sequi debet sententia judicis. Sic quidem Regulariter: excipiuntur quorundam opinione casus, quibus feudum ipso jure amittitur, quos recenset Rosenth. C. 41. n. 25. & seq. Dissentiunt. alij, qui judicis sententiam requirunt, quamvis Vasallus arguatur alicujus ingratitudinis, ex qua ipso jure, feudo cecidisse dicendus esset.

Hæc de amissione feudi ob culpam Vasal-


Vaſalli inveſtiti, & inveſtiendi.

Dominus quoque ex multis cauſſis proprietate, quibus Vaſallus utilitate feudi privari poteſt.

Non enim tàm arcta eſt obligatio Domini erga Vaſallum, quàm eſt Vaſalli erga Dominum: ideoq; fit ut ex qua cauſſa privaretur jure ſuo Vaſallus, ex eadem non privetur proprietate ſua Dominus.



Tabula Cap. XI.



Cap.

CAPUT XI.

DE FEUDI RECUPERATIONE, eiusq; speciebus, inprimis de Remissione, & Revocatione.

VIdimus feudi acquisiti priorem affectionem, quæ erat feudi Finitio; altera affectio, seu attributum speciale posterius est feudi Recuperatio.

Feudo finito generaliter ita accepto respondet Recuperatio, *quæ vox docendi gratia etiam generaliter accipitur, ut sequentes species includat.*

Recuperatio feudi vel est vera & propria, vel quasi Recuperatio.

Vera & Propria fit Remissione, seu culpæ abolitione.

Dicitur propria, & vera, quia propriè loquendo non ad alium redit, quàm ad illum ipsum possessorem Vasallum, qui feudum amiserat. Aliter se res habet circa Revocationem, & Devolutionem, quibus feudū non recuperatur à Vasallo, qui amiserat (propriè enim Recuperatio & rectà respondere debuisset amissioni) sed recuperatur ab Agnatis, vel à Domino.

Refutatur autem vel novum, vel antiquum, ſi refutatur feudum novum, perpetuò refutatum cenſetur: Si antiquum, cenſebitur refutatum quo ad refutans vixerit.

Id eſt, feudum novum ita refutatur, ut agnati vel alij, quorum intereſt ullo tempore id à Domino vel eius hæredibus revocandi poteſtatem non habeant, niſi contemplatione ipſorum expreſſè etiam datum fuerit: antiquum verò Domino refutatur, ut vivente Vaſallo feudum à Domino vel eius hæredibus repetere non poſſint; mortuo verò Refutante, poſſunt repetere. Mynſing. Cent. 6. obſ. 23. n. 2. V ult. lib. 1. cap. 10.

Agnatis fit refutatio vel deſcendentibus, vel collateralibus Vaſalli.


Deſcendentibus tàm novum quàm antiquum feudum refutatur rectè; Collateralibus verò antiquum duntaxat, modò ſint ex deſcendentibus primi acquirentis.

Notandum hic venit, quòd feudum refutatum remotiori, revocari poſſit à proximiori:

Refutationis factæ extraneis jus coincidit cum jure alienationis: *De qua partim eſt actum, partim ſuo loco dicetur.*

TAB.

TABVLA CAP. X.


Amissio feudi vel est
Vasalli
Domini.
Investiti: hic amittit feudū vel ob culpam, seu feloniam
Investiendi
Commissionis
vel omissionis variæ,
in Dominum
Extraneum.
Directò
per consequentiam in
personas alias
res proprias Domini
potestati subjectas.
necessit. vel affinis junctas.

CAPUT X.

DE FEUDI AMISSIONE.

DOcuimus de feudi acquiſiti finitione, quæ fit ſimpliciter, & ſine culpa; ſequitur ut agamus de Amiſſione feudi, quæ eſt eius finitio, imò privatio, propter culpam.

Amiſſionem hîc ſpecialiter accipimus, & diſtinguimus amiſſum feudum à finito: ut non tàm ſubtiliter quàm congruè, & verè diſtinguunt noſtri Feudiſtæ: quemadmodum aliud eſt amittere uſumfructum, & finiri. Paul. 3. ſent. 6.

Feudum autem vel amittit Vaſallus, id eſt, utilitatem eius; vel Dominus, quoad proprietatem: uterq; propter ſuam culpam.

Vaſallus vel inveſtitus, vel inveſtiendus; id eſt, cui inveſtituræ facta eſt promiſſio.

Inveſtitus amittit feudum vel ob culpam commiſſionis, vel ob culpam omiſſionis; utraq; felonia appellatur.

Culpa

Culpa commiſſionis vel patratur in Dominum, vel in extraneum.

In Dominum vel directò, vel per cõſequentiam.

Directò Dominus offenditur, ſi verbis, & facto injurioſè tractetur, pulſetur, vulneretur, occidatur, à Vaſallo: ſi cum inimicis Domini amicitia ab illo contrahatur, ſi Delator ſit Domini, vel Proditor: Si ſecretum eius ſibi creditũ dolo & propoſito malo effutiat; & ſi feudum inficietur, ſive totum ſive ex parte, privabitur etiam feudo vel toto vel ex parte. Si inſtrumentum feudi inficietur, modò recenter poſſeſſionem nactus ſit: Si in cauſſa gravi, & magni momenti male contra Dominum judicet; cùm criminis capitalis eum accuſet; aut famoſa actione, vel Interdicti unde vi, adverſus Dominũ experiatur: imò ſi in Civili cauſſa non modica, vel criminali cõtra Dominiũ jus dicat, niſi à judice cogatur: ſi Caſtrum Domini oppugnaverit ſciens Dominum, vel Dominam ibi eſſe: ſi quin etiam ſuo feudo, & beneficio abutatur.

Per consequentiam Dominus offenditur in persona aliorum, & rebus proprijs.

In persona aliorum, ubi alijs potestati, affectuíq; Domini Subjectis injuria infertur.

Ut si Vasallus Dominum (uti loquuntur Feudistæ) *cucurbitet, id est, maculam adulterij vel stupri in patroni domum inferat, quod fit vel in uxore domini, etiam attentando tantùm ipsius pudicitiam, vel in sponsa Domini, in nepte ex filio nata, in matre, sororeve Domini adhuc virgine; imò si rem habuerit cum Domini vidua.* (ut multis placuit): *Atq; in his omnibus, sive in domo Domini, sive extra illam, tempore cucurbitationis habitent: & sive alias illæ mulieres honestè sive inhonestè vivant, & sive volentes, sive nolentes cucurbitantem admittant. Offenditur etiam Dominus per alios, seu per consequentiam si graves & attroces injuriæ illatæ fuerint personæ propiori aliqua necessitudine Vasallo devinctæ.*

In rebus Dominus læditur, si feudum dolo malo Vasallus alienet inconsulto Domino, omnis enim talis alienatio est illicita, aut insigne detrimentum inferat: item, si dolo malo damnum det in alijs eius rebus, putà castris munitionibus aut alijs possessionibus, etiamsi

eas

eas communes haberet cum Domino.

Culpa adverſus extraneum committitur, ſi Vaſallus patricidium perpetret, vel filium aut fratrem occidat; ſi Vaſallus ſit proditor, Maieſtatis crimen incurrat; nimiùm in ſubditos ſæviat, inceſtum ſi perpetret, non autem quodvis aliud ſtuprũ, ſi convaſallum interimat: item ſi ſit alia cauſſa, ob quam Vaſallus honeſtè & ſine dedecore in curia Domini ſtare non poſſit.

Emergunt plures aliæ cauſſæ ex culpa commiſſionis præter eas, quæ fuerunt expreſſæ, quibus juſtè feudum adimi poteſt. Ideoq́ judex ſolers & æquus providebit, ſi qua antiquioribus cauſſis ſimilis vel major ſit, utrum beneficium ſit amittendum aut retinendum. c. unic. §. ſed quia natura. Quæ fuit prim. cauſſ. benef. amitt.

Hæc de culpa commiſſionis: omiſſionis culpa feudum amittitur, ſi ſervitia debita pręſtare nolit, Dominum in acie deſerat, grandem illi jacturam imminere ſciens non indicet aut avertat, aliovè modo in anguſtijs conſtitutum pro virili non juvet, ſi in canonis annui præſtatione dolo malo per triennium

cesset, aut intra legitimum tempus investituræ renovationem non petat, feudum amittit.

Est etiam certa pœna delicti à nondum investito Vasallo patrati, cui tamen de investiendo feudo facta est promissio; si eiusmodi aliquid committat ob quod investitus feudo esset privandus: vel si promittens in continenti de ingratitudine doceat investire non tenetur; item, si res altiorem indaginem postulet: Potest tamen fieri his casibus investitura salvo jure discutiendæ feloniæ.

Feudũ autẽ his caussis plenè nõ amittitur ipso jure, sed per sententiã judicis.

Itaq; non statim Domino credendum asserenti Vasallum commisisse ingratitudinem, ideoq; feudo privandum eße, sed caussæ cognitio adhibenda est, eandemq́; sequi debet sententia judicis. Sic quidem Regulariter: excipiuntur quorundam opinione casus, quibus feudum ipso jure amittitur, quos recenset Rosenth. C. 41. n. 25. & seq. Dissentiunt. alij, qui judicis sententiam requirunt, quamvis Vasallus arguatur alicujus ingratitudinis, ex qua ipso jure, feudo cecidisse dicendus esset.

Hæc de amissione feudi ob culpam Vasal-

Vaſalli inveſtiti, & inveſtiendi.

Dominus quoque ex multis cauſſis proprietate, quibus Vaſallus utilitate feudi privari poteſt.

Non enim tàm arcta eſt obligatio Domini erga Vaſallum, quàm eſt Vaſalli erga Dominum: ideoq; fit ut ex qua cauſſa privaretur jure ſuo Vaſallus, ex eadem non privetur proprietate ſua Dominus.



CAPUT XI.

DE FEUDI RECUPERAtione, eiusq; speciebus, inprimis de Remissione, & Revocatione.

VIdimus feudi acquisiti priorem affectionem, quæ erat feudi Finitio; altera affectio, seu attributum speciale posterius est feudi Recuperatio.

Feudo finito generaliter ita accepto respondet Recuperatio, *quæ vox docendi gratia etiam generaliter accipitur, ut sequentes species includat.*

Recuperatio feudi vel est vera & propria, vel quasi Recuperatio.

Vera & Propria fit Remissione, seu culpæ abolitione.

Dicitur propria, & vera, quia propriè loquendo non ad alium redit, quàm ad illum ipsum possessorem Vasallum, qui feudum amiserat. Aliter se res habet circa Revocationem, & Devolutionem, quibus feudū non recuperatur à Vasallo, qui amiserat (propriè enim Recuperatio & rectà respondere debuisset amissioni) sed recuperatur ab Agnatis, vel à Domino.

Remiſsio vel eſt expreſſa, vel tacita.

Expreſſa remittitur culpa præterita, non futura.

Tacitè remitti poteſt multis modis: Si Dominus delinquentem denuò inveſtierit, imò ſi denunciarit tantùm ut Inveſtituram accipiat, & ſervitia præſtet, &c.

Succeſſori culpa delinquentis non officit.

Sequitur quaſi Recuperatio, quæ vel eſt Revocatio, vel Devolutio.

Revocatio eſt feudi licitè alienati jure Retractus ſeu προτιμήσεως recuperatio.

Ampliſſima eſt hæc de Revocationis jure materia, quam, pro eius dignitate, hoc Syſtemate minori pertractare animus non eſt. Sufficiat nobis ſumma rerum attigiſſe faſtigia, & præcepta neceſſaria methodo apposuiſſe, controverſiis ad Quæſtionarios noſtros remiſſis. Unicum eſt hîc in tranſitu monendum, pace tamen magni noſtri Roſenthalij: Revocationem feudi illiciti non ad hoc caput, ſed ad Devolutionem feudi, utpote culpa amiſſi à me relatam eſſe, & jure meritò referendam fuiſſe. Hæc verò Recuperatio feudi, quam ſpeciali nomine Revocationem ob graviſſimas rationes dictam volo, eſt feudi licitè nimirum cum conſenſu Domini alie-

alienati: revocatur autem & retractatur, quia eius alienatio sine consensu agnatorum, quorum interest, hoc jure irrita redditur ex post facto ideo non redit ad Dominum, sed ad agnatos, utpote quorum interest alienationem non fuisse factam.

Revocationis considerandæ sunt Species, & Effectus.

Revocationis sunt duæ species: una fit vivo alienante, altera post alienantis obitum.

Vivo alienante, cùm quis contractũ alienationis cum alio cœptum prohibet perfici, & ut secum fiat petit: vel contractu jam perfecto feudum alienatum à possessore, non solùm extraneo, sed etiam agnato, gradu tamen remotiore recuperat, refuso pretio, quod ali' solvebat, aut solvere paratus est, etiamsi justo majus sit.

Hæc Revocatio fit Condictione ex moribus.

Post obitum alienantis, rei vindicatione utili, vi Investituræ, & facultate succedendi providentia antecessorum acquisita, revocari potest pretio nullo refuso.

Non mirum, quòd hoc casu pretium non refundatur; cùm jure Vasalli alienantis per mortem penitus extincto, atq; hinc etiam jure acceptoris sublato, feudum ad agnatum proprio jure pertinere incipiat: is itaq; lege pristinæ conventionis tum inter alios initæ, tũ etiam morte authoris iam extinctæ, ad pretij restitutionem astringi, vel alio onere prægravari minimè poterit, sed potius feudum suo jure liberè vendicat: etiamsi æris alieni necessitate cogente Vasallus ad alienationem processisset, nisi feudum alienatum esset ob onus reale feudo incumbens: qua de re fusè Dd. disputant.

Vtraq; Revocatio non competit nisi Investitura vocatis, tum filijs, tum agnatis.

Filijs, ut feudum ex pacto, & providentia paternum revocent, non item novum consensu Domini alienatum, non hæreditarium, sive novum sit sive antiquum.

Agnatis verò jus revocandi feudi tã hæreditarij, quàm eius, quod est ex pacto, & providentia competit: non tamen promiscuè omnibus, quorum interest, sed proximis tantùm.

Hîc notandæ certæ conditiones, deinde tempus.

Agna-

Agnati etiam tum demum jus habet revocandi feudum alienatum, si agnato alienanti non sint hęredes in allodio, si nullatenus alienationi consenserint, deniq; si intra tempus legitimum jus suum allegaverint.

Tempus legitimum Revocandi feudum est, alienatione facta in extraneum, 30. annorum; facta in agnatum remotiorem, annus unus.


Hæc de speciebus Revocationis, superest Effectus.

Is est de Fructibus, Impensis, & Melioratione.

Fructus, mortuo Vasallo, seu alio aliquo modo sine culpa tamen Vasalli, feudo extincto, fructus pendentes, sive nondum percepti, dividendi sunt pro rata anni, quo feudum extinguitur, inter eum à quo revocatur, & hæredem Vasalli. *Alij aliter sentiunt, videatur Vult. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 110.

Impensæ, & meliorationes in feudo sine culpa finito, & Revocato nō ad Revocantem, sed ad Vasalli hæredes pertinent.

TABULA CAP. XII.



CAPUT XII.

DE FEUDI DEVOLUTIone.

POſt feudi Revocationem, ſequitur doctrina de feudi Devolutione, altera ſpecie quaſi ſeu impropriæ Recuperationis.

Huius conſiderandæ primò ſpecies, deinde effectus.

Devolutio feudi vel eſt vera & propria, vel quaſi devolutio feudi.

Devolutio vera & propria eſt, feudi ob culpam ſeu delictum à Vaſallo amiſſi quaſi Recuperatio:

Dicitur quaſi Recuperatio quia non immediatè, & ad eum ipſum, qui antè poſſeſſor erat, feudum redit, ſed ad Dominum vel ad Agnatos. Et recuperatur à Domino utilitas fundi ſeu uſusfructus, non ut poſſideat tanquam feudum, ſed ut conſolidetur cum proprietate, & pleno dominio poſſideat; quæ altera eſt ratio, cur non ſit propria recuperatio. Sic etiam dum ad Agnatos redit, propria recuperatio non eſt, ſed fictione juris. Qui enim feudi poſſeſſor nunquam fuit, quomodo recuperaſſe dici poſſit? Sanè non propriè, ſed propter jus quod ha-

buit, ut aliquando ad se veniat, dum ad eum devolvitur, & naturaliter, realiterq; apprehenditur, veluti recuperasse dicitur qui potentiâ, facultate, & jure tantùm, non naturaliter, prius possidebat.

Devolutionis propriæ species sunt duæ; devolvitur enim feudum aliquando ad Dominum, aliquando ad Agnatos.

Ad Dominum, si delictum in dominum fuerit commissum; sive feudum sit novum, sive antiquum.

Et vel ad unum, si unus sit Dominus tantùm; vel plures, si plures sint Domini, ijq; subordinati, vel æquales.

Si subordinati, & alius sit alio superior, non primo & mediato seu superiori, sed proximo, & Vasalli delinquentis immediato feudum aperitur.

Si æquales; vel ad omnes, & unicuiq; sua portio devolvitur, si in singulorum personas est commissum delictum:

Ex pluribus ad unum devolvitur, si in unum tantùm læsum, pars sua, qua sola etiam Vasallus cadit, applicatur.

Devolvitur ad agnatos proximiores, seu defertur ad eos Devolutione, si in extraneum deliquit Vasallus.

Devol-

Devolvitur, *inquam: ad Agnatos proximiores*, filijs exclusis, interdum non exclusis.

Bonis igitur Vasalli publicatis, feudum in fiscũ non transit; sed possessori ademptum statim vel ad Dominum, vel ad agnatos, vel etiam ad filios, pro casuum diversitate, & secundùm cuiusq; feudi naturam, & à Dd. traditas distinctiones, delabitur.

Hæc de vera Devolutione; quasi Devolutio est, qua proprietas feudi veluti redit ad Vasallum, propter jus quod habet Vasallus, quo certis casibus, & delicti, adversus Vasallum à Domino commissi, speciebus, proprietas seu directum dominium ad eum perveniat.

Hæc non tantùm est quasi recuperatio, sed etiam non est dovolutio ita propria, sicut ea, quæ pertinet ad Dominum: nam potiori ratione feudum revertitur ad Dominum cuius erat antè, quàm proprietas Domini ad Vasallum cuius nunquam fuit proprietas: & cùm hæc devolutio fiat ob delictum, à Vasallo potius commissum præsumitur adversus Dominum, quàm vice versa: Deniq; inæqualis est conditio, & plures sunt caussæ ob quas committatur feudum, & ad Dominum perveniat, quàm ad Vasallum feudi proprietas: quemadmodum ex superioribus apparet.

Hæc

Hæc de speciebus, vel quasi speciebus potiùs; sequuntur Effectus.

Effectus Devolutionis sunt circa fructus, impensas, & meliorationes.

Fructus quoq; extantes feudo culpa amisso Vasallus amittit, & perceptos à tempore commissæ culpæ restituit: qui ad eum cum feudo deferuntur, cui illud applicatur: sed eos fructus, quos antè percepit pleno jure indistinctè suos facit.

Impensas, & meliorationes sive extrinsecas sive intrinsecas quod attinet, feudo ex delicto ad Dominum, vel agnatum devoluto, nullæ ex illis, *impensis & meliorationibus*, quamvis magni sint pretij, reiq; cohærentes, à Vasallo eiusqúe hæredibus recuperantur: sed omnes ad eos quibus applicantur, simul cum feudo deferuntur: *ut uno ore omnes tradunt interpretes.*



TAB. Cap. 13.

PARS POSTERIOR LIBRI SECVNDI

SEV TRACTATIONIS ESsentialis, Iurisprudentiæ feudalis.

CAP. XIII.

DE OBLIGATIONE Vasalli.



Gimus de feudi Acquisitione, parte priore tractationis essentialis feudi, hoc Systemate; sequitur ut agamus de altera eius parte, quæ est Conservatio feudi.

Vt jus omne in acquirendo consistit, & conservando, ita quoq; jus feudale: cuius integra doctrina de acquisitione hactenus ad finem perducta, ut se habet in abstracto, & in concreto; in abstracto examinavimus eius species, in concreto & ut acquisitũ fuit, eius attributa, & affectiones, quatenus finitur amittitur, & recuperatur.

Conſervatur feudum duobus modis Obligatione & Actione judiciali: unde duo quoque partis poſterioris huius Syſtematis recenſentur menbra.

Ipſa vox obligationis ſatis clarè denotat non ad doctrinam de feudi acquiſitione referendam eſſe Obligationem; ea enim ligantur Dominus & Vaſallus mutuo officio, adeoq́, conſervantur. Objectio. *Feudum potius Actione judiciali acquiritur, veluti Vindicatione, Condictione, Interdictis de adipiſcenda & recuperãda poſſeſſione: malè igitur Actiones judiciales ad conſervationem feudi referuntur.* Reſpondeo: *Conſervatio hîc latè ſumitur, non tantùm pro poſſeſſionis, ſed etiam juris eius Conſervatione. Qui igitur vindicatione experitur, vel actione, ex interdictis adipiſcendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, jus habuit jam ante in feudo, cuius vi talem actionem in judicio intentat, ex quo jure actiones illæ fluunt: quare actionibus in judicio, & coram judice inſtitutis, non jus feudi modò acquirit, ſed jus acquiſitum ſive inter vivos, inveſtitura, vel præſcriptione, ſucceſſione &c, ſive mortis cauſſa, ſibi conſervare ſtudet, & his medijs ad feudi conſervationem utitur, ſeu ad eam tendit, quibus etiam Iudex per ſententiam illis actionibus conformem, tàm in jure quàm poſſeſſione naturali eum qui actiones intentat, protegit atq́, tuetur.*

Obligatio feudalis eſt juris feudalis vincu-

vinculum, quo ad mutuam fidelitatem officia mutua Dominus, & Vasallus ipsorumquè hæredes sibi mutuò astringuntur.

Obligatio vel consideratur ex parte Vasalli, vel ex parte Domini.

Ex parte Vasalli rursus alia est respectu Domini, alia respectu rei feudalis.

Obligatio Vasalli respectu Domini seu in Dominum consistit in Reverentia erga Dominum, Taciturnitate, Obsequio, Servitijs, & certis officijs præstandis.

Reverentia consistit in dictis, & factis.

Dictis; ut quantum fieri possit, dominum, & honorem eius, Vasallus extollat; nec unquam malum, quantumvis verum de eo effutiat, & proloquatur.

In factis tum ob reverentiam omittendis, tum præstandis.

Omittendis; ut nihil agat vel tentet quo Domini existimatio dignitas, vel status minuatur aut lædatur. *Matth. de Afflictis. c. 1. n, 35. Qual. Vas. jur. deb.*

Præstan-

Præstandam à Vaſallo ob reverentiam factum præcipuum eſt, Renovationis Inveſtituræ Petitio.

Huius conſideranda primò forma procedendi, deinde errores in ea commiſſorum excuſationes.

In procedendi forma obſervetur conſuetudo, modus, tempus, & locus.

Ex Conſuetudine generali peti debet Inveſtit: renovatio; perſona Domini, vel Vaſalli mutata; ex ſpeciali, alio caſu.

Modus hîc eſt; quod petitio renovationis fieri debeat honorificè Dominum adeundo, reverenter eam proponendo *Sonſbec. p. 9. n. 27.*

Tempus interponendæ petitionis cõmuni jure feudali definitum eſt, militi quidem Vaſallo annus & menſis *text. in c. unic. quo temp. mil. inveſt. pet. deb.* Pagano annus, & dies, quod tempus ſub amiſſionis periculo obſervandum eſt præciſè: *niſi legitimæ alicuius cauſſæ interventu Vaſallus excuſationem mereatur: de quibus dicetur deinceps.*

Locus quo fieri debet petitio Inveſtituræ debet eſſe congruus: ita quidem, ut

ut quando ipsemet dominus locum suspectum, incommodum pestilentem, inimicum aut inhonestum præfigat impunè ei non pareatur, modo alio loco non incongruo sese offerat.

Hæc de forma procedendi in petitione Renovationis observanda; sequuntur excusationes legitimæ eorum qui hanc non observarunt.

Excusationes istorum legitimæ, petũtur vel ex persona Domini, vel Vasalli, vel extra eas.

Ex persona Domini: 1. eius absentia: 2. inimicitiæ capitales inter Dominum, & Vasallum: 3. Infamia: 4. Infantia: 5. Traditio rei feudalis facta alicui tertio: 6. Mors Domini intra tempus pręfinitum contingens: 7. Si duo de hæreditate Domini contendant: 8. Si hæres Dom. extraneus nondum adierit hæreditatem: & si quę sunt alia.

Ex persona Vasalli justæ excusationis caussæ sunt: 1. Incarceratio: 2. Morbus sonticus: 3. Hæreditas nondum adita: 4. Ignorãtia justa: 5. Infantia: 6. Inimicitiæ capitales Vasalli cum aliquo tertio, qua

caussa securus ad Dominum aditus pręcludatur: 7. Absentia necessaria: 8. si possessione rei feudalis citra factum Domini, citráque suam culpam fuerit destitutus: 9. Mors Vasalli contingens intra tempus præfinitum Investituræ petitioni.

Extra Personas Dom. & Vasalli excusationis caussæ sunt; 1. omnis justus metus: 2. generaliter quoties Vasallus non dolosè omisit petere renovationem: nec officit omissa protestatio; modò suam in impedimento amovendo probare possit diligentiam.

Hæc de Reverentia qua Vasallus Domino obligatus est, sequitur obsequium post Taciturnitatem, *quæ quid sit satis constat.*

Obsequium Vasalli consistit tùm in consilio tùm in auxilio. *c. un. de form. fid.*

Auxilium vel circa caussam feudalē vel extra caussam feudalem.

Circa caussam feudalem Instrumēti Investituræ Editione à Domino requisita; & rerum feudalium earumquè confinium demonstatione. *In-*

Intereſt enim Domini, ut quando dubitatur, quã rem nomine feudi Vaſallus à Domino poſſideat, vel qui ſint fines illius rei, aut alijs de cauſſis, ut res feudales diligenter à Vaſallo enumerentur & deſcribantur: ubi tamen notandum, Dominum ipsũ ſi ſciat res feudales vel fines eorum, Vaſallo ex juſta cauſſa ignoranti indicare debere. arg. l. Tuius hæres 48. De Act. empt. Borch. de Feud. c. 8. n. 18.

Dictum eſt de Reverentia, ſequuntur Servitia.

Sunt autem ſervitia vel in formula Inveſtituræ expreſſa & determinata, vel nõ expreſſa & determinata, quo caſu, ea quæ cæteri eiusdem conditionis & Regionis Vaſalli præſtare ſolent, Vaſallo ſunt præſtanda.

De ſervitijs notandæ ſunt Regulæ, deinde Exceptiones.

Regulæ, ſunt tum de perſonis, tum de rebus, in hoc negotio, de ſervitijs præſtandis.

De perſonis, primò quis ſervire teneatur; deinde quibus; tertiò contra quem.

Primò, ſervire tenetur regulariter Vaſallus omnis, etiam ſuperiorem non re-

cognoſcens in alijs, ſed propter certum feudum obligatus; etiamſi Eccleſiæ Prælatus.

Dubitatur de fæmina? Jlla quoq; ſerviet, ſi modo tale ſit ſervitium, quod honeſtè & pro ſexus viribus præſtari poſſit.

Servitia autem à Vaſallo præſtantur vel in propria perſona, vel per ſubſtitutum.

Deinde, Vaſallus ſi quis ſit Vniverſitatis, Civitatis, Eccleſiæ, non ſingulis perſonis, ſed Syndico, Senatui, Prælato Eccleſiæ, modò nomine Vniverſitatis, Civitatis, ſuccurrere tenetur.

Deniq;, contra quemlibet ſervitia prǽſtanda, ſi Vaſallus ſit Ligius; ſi non ſit Ligius, ſuperior & antiquior dominus excipitur; ſed non pater, nec filius, nec frater.

Hæc de perſonis circa ſervitia obſervandis: *quoad rem*; notandum, in quibus cauſſis & rebus ſervitia à Vaſallo ſint præſtanda; deinde, quibus auxilijs; tertiò, quando?

Primò, ſciendum ſervitia Domino in bello prǽſtanda eſſe tàm ad offenſionẽ quàm

quàm defensionem suscepto, in rixa & qualibet alia justa caussa.

Deinde, præstanda sunt servitia bellica sumptibus proprijs, nisi feudum sit exiguum, aut Dominus extra territorium bellum gerat.

Deniq; servire tenetur Vasallus quoties fuerit requisitus; & quidem Domino immediatè proximo ipsiusq; heredibus, nisi mediatus simul Dominus sit patriæ, & pro ipsius utilitate bellum gerat.

Hæ sunt Regulę tum de personis tum de re ipsa, circa negotium servitiorum præstandorum; sequuntur Exceptiones.

Sunt autem Exceptiones ab his Regulis tum Immunitates, tum Excusationes.

Immunis est Vasallus à servitijs, si feudũ sit Francum, vel si dominus speciali gratia ipsi servitia remiserit, si tutus sit pręscriptione, utpote si 30. annorũ spatio interpellatus nulla servitia præstiterit, vel dimidium reditus unius anni præstare velit.

Excusatur Vasallus à servitijs, si pupillus sit, aut senex annorum 70. si valetu-

dine aut paupertate impediatur: si feudum Domino oppignoret, si alius sine eius culpa occupet & possideat, & ob similem aliam justam caussam.

Hæc de servitijs, sequuntur officia. Sunt autem Vasalli officia, Dominum ab hostibus captum redimere; eum alere pro feudi quantitate, non ultrà: (nō verò æs alienum ab eo contractum exsoluere) collectam ipsi præstare, certis casibus, veluti peregrinationis transmarinæ & filiæ maritandæ gratia, inaugurationis & quæsitæ equestris dignitatis ergò: ubi tamen ad consuetudinē respiciendum.


Obligatio ista non tàm servilis est quàm officiosa, liberalis & amica, necessaria tamen ex pacto vel consuetudine, ideo à servitijs fuit distincta Extrema necessitate collecta à Vasallo non deneganda, cuiusmodi est, quæ propter bellum Turcicum imponitur.

Atque hęc obligatio ex parte Vasalli erga Dominum, sequitur obligatio Vasalli respectu rei feudalis.

Vasallus rem feudalem deteriorem ne facito, meliorem facere ipsi liberum esto.

TAB.

TABVLA CAP. XIV.



CAP. XIV.

DE OBLIGATIONE DOmini erga Vasallum.

HActenus de Obligatione Vasalli, sequitur Obligatio ex parte Domini.

Obligatio Domini consistit vel in eo, quod Domino circa contractum feudalem est faciendum, vel omittendũ: vel extra contractum feudalem.

Circa Contractũ feudalem, vel ad eum instruendum, vel ad eum consummandum.

Quod Domino faciendum ad instruendum Contractum, vel est Promissionis, vel alterius actus talis, ut ad contractum ipsum nihil amplius desideretur, sed exspectetur ipsius duntaxat cõsummatio.

Eius, quod Domino faciendum ad contractus instructionem, considerandę sunt primò Species; deinde Effectus.

Promis-

Promissionis species sunt, quòd alia sit ex pacto, alia ex Stipulatione.

Actus, ultra promissioné, ad quem obligatur Domin⁹ est Investitura abusiva, id est sine traditione, seu feudi constitutio.

Effectus considerantur hîc vel respectu constituentis feudum, vel respectu eius cui feudum constituitur.

Effectus respectu constituentis est, quòd per Investituram Abusivam obligatur constitués, id est, Domin⁹ ad vacuę possessionis traditioné, si tradédę ei⁹ facultatem habeat, moráque facta, ad omnem utilitatem: si eius facultatem non habeat ad pręstationem eius quod inter est: id est Emolumentum omne vel feudum ęquivalens vel ęstimationem.

Effectus notandus respectu eius cui feudum constituitur, est quod investitus impropriè, licet possessionem non adipiscatur, per eam tamen ipsi censetur concessa licentia vacuę possessionis apprehendendę, propria authoritate.

Sequuntur, quę Domino ex obliga-

tione ſua facienda ad conſummationem contractus feudalis, ea verò ſunt Traditio, Evictionis præſtatio, Renovationis collatio, & Inſtrumentorum Editio.

Traditio eſt rei feudalis & dominij eius utilis realis conceſſio: ſeu in vacuam poſſeſſionem, naturaliter apprehendendam, realis inductio.

Vtile Dominium feudi conſiſtit partim in uſu, partim in facultate quadam, de feudo diſponendi.

Vſus Vtilis Dominij, eſt tum in fructibus tum emolumentis.

Facultas diſponendi in varijs actibus conſpicitur; veluti alium de re feudali infeudandi, feudum refutandi, locandi & ſimilibus alijs conſuetudine feudali approbatis.

Evictio præſtanda eſt à Domino ſive ſciens, ſive ignorans Vaſal. de re aliena inveſtierit.

Renovationem denique conferre tenetur Vaſallo, debito modo 1. Coram teſtibus, minimùm duob⁹, ſive Paribus curię, ſive Extraneis: 2. Forma ſolenni, annuli,


annuli, gladij, haſtæ, vexilli, &c: 3. interpoſito fidelitatis juramento: 4. Pactis primæ Inveſtiturę per omnia obſervatis: 5. Inſtrumenti erectione, quo omnia confirmentur.

Ad edenda inſtrumenta non tantùm in judicio, ſed extra judicium tenetur æquè Dominus ac Vaſallus. Roſen. c. 8. concl. 35.

EXTRA contractum feudalem Dominus quoque Vaſallo obligatus eſt tum ad Conſilium, tum ad Auxilium: in declinando, & omittendo malum, & curando illius bonum. *Vide cap. un. de form. fidel.*



TABULA CAP. XV.



CAPUT XV.

DE ACTIONIBVS IVdicij feudalis.

COnservationis feudorum altera species est Actio Iudicialis feudalis.

Actionis feudalis considerandæ primò Species, deinde earum Processus.

Species Actionis feudalis sunt, quòd alia sit Vasalli, alia Domini.

Vtraque Actio tàm in personam, quàm in rem.

Actio Vasallo competens contra Dominum vel est de feudo duntaxat promisso, nondum constituto vel de feudo constituto sed nondum tradito, vel denique de tradito.

De feudo promisso tantùm non cōstituto, Actio in personam Domini ex natura Conventionis, sive promissionis formabitur, quę si stipulatione vallata, *ex stipulatu* erit actio; si Testamento facta, *ex Testamento agetur*, si donatione, *ex Donato* competet actio.

Si in nudis pacti terminis consistit, *Condictio* dabitur ex moribus.

Pares competunt actiones ex feudo constituto.

Feudo tradito, in rem vasallo competit actio petitoria, & possessoria.

Petitorio agit Vasallus, cùm rei vindicatione, Actione publiciana, Confessoria, & Negatoria, finium Regundorum & similibus experitur: quibus etiã, per successionem delato feudo, petitio hæreditatis, & familiæ herciscundæ annumerari possunt.

Et competunt quidem hæ actiones adversus quemcunque possessortm vel detentatorem rei, sive Dominum sive alium, si fortè, aliquo casu, possessio ad eum sine facto Vasalli redijsset.

Potest etiam Vasallus Actionem Evictionis intentare, quam condictioné vocant ex moribus, alij præscriptis verbis, adversus Dominum, si feudum quod concessum erat, evictum fuerit.

C. un. in pr. de Investit. de re alien. fact.

Actio verò contra tertium vel instituitur à solo Vasallo, vel concurrit Vasallus

ſallus cum Domino; quo caſu Vaſalli cauſſa eſt prior.

Hæ ſunt Affectiones petitoriæ: Poſſeſſoriæ etiam conceduntur à Vaſallo, præſertim ſi res ei ſit cum tertio; veluti adipiſcendæ, retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis: *Si verò cum Domino ei res ſit, multi dubitant: inprimis ſi agendum* ſit Interdicto Recuperandæ.

Caſu etiam ita requirẽte utiliter Vaſallus judicis officium implorare poteſt.

Hæc de Actionibus Vaſalli: *Domino* competit Actio in perſonam Vaſalli, ut nimirum præſtet illud ad quod præſtãdum Vaſallus vel ex peculiari conventione, vel ex peculiari Curiæ conſuetudine, vel deniq; ex generali feudorum jure obligatus eſt: & quidem Actione ex ſtipulatu; ex Inveſtitura, & traditione facta; cauſſa data non ſecuta.

In rem Vaſalli, tum *Petitoria* tum *Poſſeſſoria*: *Petitoria*, rei vindicatione tum adverſus Vaſallum, tum adverſus extraneum poſſeſſorem.

Contra Vaſallum negando rem in feudum datam eſſe *cap. un. Verſ. ſi verò Vaſallus*

Vasallus. Quid sit Invest. Vel repetendo feudum quia Vasallus ad Domini requisitionem servitia præstare recuset; & propter culpam eo sit privatus.

Tales actiones non transeunt in hæredes Vasalli, quia pœnales. Nisi Dominus morte præventus aliaq́ justa de caussa impeditus querimoniam omiserit. Clarus §. feudum. quæst. 64. n. 1. tunc enim non solùm ad hæredes, sed hæredum hæredes transit, ut communis est conclusio.

Possessoris, ob quasi possessionem; Actionibus ex Interdictis retinendæ & Recuperandæ possessionis: non tantũ si ipse turbetur aut spolietur sua possessione, contra Vasallum, si debita setvitia recuset &c: sed etiam contra alium, si Vasallus turbetur & deijciatur, & agere non possit, vel nolit.

personæ

In processu Indiaiario feudali cō-siderandæ

CAPUT XVI.

DE PERSONIS PROCESSUS Iudicij feudalis.

DIctum est de Speciebus Actionum feudalium ob feudum competentibus, sequitur de processu Iudiciario feudali.

In processu Iudiciario feudali, primò considerandæ sunt personæ quæ ad processum judicialem requirũtur: Deinde modus & ordo Iudiciarij processus.

Personæ judicij feudalis, ut & cujusvis alterius, aliæ sunt principales, aliæ minus principales.

Principales sunt Iudices, & Litigantes.

Iudices vel Ordinarij, vel Extraordinarij.

Ordinarij Iudices feudales sunt, Dominus, & Pares Curię.

Et vel simul Dominus & Pares judicant, vel Pares tantùm.

Simul, quando ratione feudi inter du-

os Vaſallos lis vel controverſia eſt ſuborta. Si uterque litigantiũ feudum controverſum fateatur eſſe antiquum: item quando dubitatur, utrum ad pares Curię, an ad Dominum cauſſę cognitio pertineat.

Pares Curiæ tantùm, ſi lis vel controverſia inter Dominum & Vaſallum ratione feudi incidat.

Et Pares vel omnes iudicant, id eſt, tota Curia, ſi ita Domino & Vaſallo litigantibus placuerit: vel aliqui ex illis: eligentibus Domino & Vaſallo. Sed in eligendo prior eſt Dominus, in cuius arbitrio eſt, quot pares eligi & cognoſcere debeant. *c.* 1. *Si cont. fuer. inter Dom. & Agnat. &c. c.* 1. *de Contr. apud Par. term. & ibi F F.*

De Iudicibus: Nota 1. *quòd nolentes volentes judicandi officium ſubire tenentur, & legitimè ad hoc compelli & cogi poſſunt.* 2. *de juramento Parium Electorum: ubi dubitatur, an novum juramẽtum præſtare teneantur, alijs indiſtinctè hoc requirentibus, alijs negantibus. Veriùs eſt, ſi pares antè in forma fidelitatis Domini jurarunt, ſe jus & juſtitiam rectè & fideliter adminiſtraturos, uti fieri ſolet, novum ab ijs exigi juramentum non eſſe opus*

pus. Dominum verò à præstatione corporalis juramẽti liberum esse, cùm rectiùs sentiẽtibus judicamus.

Fuerunt Ordinarij Iudices: Extraordinarij, & Subsidiarij; sunt vel superior loci Iudex, vel Ordinarius loci Iudex, vel Arbiter.

Nam respectu quidem loci est Ordinarius, sed respectu Controversiarum feudalium est Extraordinarius; nisi ex consuetudine, vel statuto, ordinata sit ipsorum Jurisdictio.

Ad superiorem loci itur, si Vasallus neget se esse Vasallum.

Cùm nemo possit esse Judex in sua caussa, in qua controvertitur: id quod est litis fundamentum. Si igitur negatur quòd sit Vasallus, negabitur etiã Dominum esse Judicem feudalem, arg. l. 1. C. Ne quis in sua Caussa.

Coram ordinario loci feudalis caussa ventilatur;

1. Si inter Vasallos Diversorum Dominorum contenditur. *c.* 1. §. 2. *si tres de pace tenend. & eius viol.*

2. Item si Dominus justitiam administrare detractet, vel eam protrahat. *per c.* 1. *de mil. Vasall. qui contum. est.*

3. Multò magis si disceptatio non sit de rebus feudalibus sed allodialibus.

Et ſi actio de feudo promiſſo inſtituatur *Goth. Ant. Diſp.* 14. *th. v. lib. c.*

5. Si Dominus nullos pares Curiæ habuerit, vel ſi fuerint ſuſpecti, vel ſi Pares nolint, aut non poſſint, & cùm futuri ſunt teſtes, vel omnes, vel tot ut cæteri judicio non ſufficiant.

6. Si Dominus conveniatur ab extraneo, qui omnino Vaſallus non eſt, nec ſe ratione rei, Vaſallum eſſe doceat: Et viciſſim, ſi extraneus conveniatur à Domino, ut maximè id fiat occaſione rei quam alius à Domino habet in feudum.

Iudex autem feudalis vel eſt, Primæ Inſtantiæ; vel Secundæ, id eſt Appellationis.

Iudex Appellationis eſt ſuperior feudi Iudex, qui ſi deſit, ad Ordinarium ſeu ſuperiorem loci provocatio dirigitur.

Hæc de Iudice, ſequitur ut agamus de Litigantibus.

Litigantes ſunt Actor & Reus feudali qualitate præditi, legibus expreſſè non prohibiti.

Hucuſq; de perſonis Principalibus, in

in Iudicio & ad processum feudalem requisitis.

Minus Principales igitur sunt Assessores Parium, qui consultandi tantùm gratia accedunt, nec ipsi Iudices sunt, habentes suffragia deliberandi, non definiendi & judicandi. *Rosenth. concl. 9. n. 6. Item Commissarij: procuratores, scriba, Nuncius.*

Quid sentiendum de Controversijs feudalibus, ad Imperatorem vel Cameram pertinentibus. vid. Gail. 1. obser. 29. Wesenbec. Consil. 41. Rosenth. de feudis c. 12. q. 1. Ordin. Cam. Imper. p. 2. tit. 2. §. fin. & tit. 4. §. Dieselben. *in fin. Frider. Mindan. de. process. in Cam. extrah. lib. 1. c. 19. n. 6.*

CAPUT XVII.

DE ORDINE PROCE-dendi in Iudicio Feudali.

SVpereſt modus & Ordo procedendi, poſtquam de Perſonis in Iudicio procedentibus conſtat.

Modus & Ordo procedendi in judicio feudali, partim communis eſt cum judicio Civili, partim eſt peculiaris.

Ordo procedendi in judicio feudali, vel eſt Diſceptationis, vel Deciſionis.

Diſceptationis, conſideranda hîc ſunt ſpecialiter præparatoria, uſq; ad litis cõteſtationem & probationem: alia de ipſa litis conteſtatione & probatione.

In præparatorijs, primò loco ſe offert in jus vocatio ſeu Citatio, deinde juramentum calumniæ.

Citatus coram paribus Curiæ Recõventionem inſtituere poteſt, dummodo fiat de re feudali, ſive eadem ſive alia, ut cauſſam Conventionis aliquo modo concernat. Dein-

T

Di
tio
jus
de
hîc
lit

Ordo & modus procedēdi in judicio feudali, est vel

isis huius notandus

Deinceps; quod attinet Iuramentum Calumniæ, ſingulare in judicijs feudalibus eſt, quod præſtari quidem poſſit, ſed non ſemper debeat.

Et Vaſallus quidem illud à Domino non rectè exigit; vel ſi exigat, Dominus jurare non tenetur: nec viciſſim Dominus à Vaſallo.

Dubitatur de Vaſallo, qui fidelitatem Domino nondum juravit, utrum cogi poſſit ad iurandũ de Calũnia. Negat quidẽ Dn. Vult. cui aſſẽtire audet Roſenthal. Ego cum Schenckio, Hartmanno, Borch. Vigelio, Schradero affirmo. Vaſallus autem à Convaſallo jure communi exigit, cùm aliter non ſit jure feudali diſpoſitum.

Circa litis Conteſtationem, ſecundũ ordinẽ Iudicij Civilis proceditur.

Probatio quoque, alia eſt Vera, alia Præſumpta.

Vera vel fit Teſtibus, vel Inſtrumentis, vel Iurejurando.

Ad Inveſtituræ novæ probationem, per teſtes inſtituendam, requiruntur Pares Curiæ.

Circa probationem per teſtes Inveſtiturę novæ & antiquæ, obſervandus eſt ſexus & numerus.

Quoad ſexum hîc admittuntur quivis, jure non prohibiti, & fæminæ excluduntur. *c.* 1. *qui teſtes ſint neceſſ.* 2. *F.* 32. *§. ult.*

Numerus eſt præciſè quinari⁹ propter conſtitutionem Heinrici. 2. *F.* 57[1] *quam ſententiã ãplexus eſt Gail. lib.* 2. *obs.* 157. *n.* 2.

De Inſtrumento ſeu brevi teſtato, uti vocatur à F F. peculiariter notanda ſolennitas, quæ requirit ſubſcriptionem trium vel quatuor Parium Curiæ.

Circa juramenti Delationem obſervandum *Cui* deferatur & *Quando.*

Iuramentum interdum defertur alterutri partium Litigantium à judice interdum à Parte Parti, interdum à Parte Parti non ſolùm defertur, ſed viciſſim etiam refertur.

Quando Iudex deferat juramentum, eius arbitrio jura relinquunt, his regulis obſervatis: ut ne jusjurandum deferatur, cùm alteruter Litigantium de jure ſuo ſatis plenè docuit, neque etiam deferatur ei pro quo nulla eſt præſumptio: Item cùm pro illo aliquid ex Actis appa-

apparet, quod Iudicem movere queat, ad juramentum huic potius quam illi deferendum.

Itaque (*quod hîc maximè singulare*) non statim Actore nihil probante reus absolvitur, sed ut dictum, jusjurandum defertur.

Iusiurandum Vasallo aut Domino delatum, pręstatur interdum ab ipso solo, interdum cum alijs, quod posteriùs ex jure feudorum singulare est.

Alij illi dicuntur *Sacramentales*, qui cum Vasallo aut Domino admittebantur, ut jurarent, omnino Probitate & Conscientia ipsius confisi: Erant illi minimùm duodecim.

Si Vasallo iurandum erat, Agnati ipsius aut minimùm ex illis sex, cum sex alijs, non Agnatis adhibebantur: Si Domino, partim Agnati, partim Vasalli, partim Extranei.

Neque Litigantibus permissum est, promiscuè deferre invicem iusiurandum, sed Electionem dari rem possidenti, de qua vel ipsa ut feudali, vel eius qualitate est contentio, utrum ipse iura-

re, an verò iuramentum adversario suo referre malit.

Quandoque etiam Investitori, si lis sit de Investitura.

Quæ Electio locum habet non tantùm in ipsa feudi Substantia probanda, sed etiam in probanda feudi qualitate.

Et quidem hoc posteriori casu, si Controversia inter Dominum & Vasallum exoriatur, uno, in quo sibi ius esse prætendit esse paternum, affirmante, altero, paternum esse negante; ei quidem, qui paternum esse dicit, probatio incumbit, & si probaverit, obtinebit: Si non probaverit, distinguendum, utrum Actor de toto feudo partem aliquam possideat, aut ante possessam alienaverit, an verò nullam unquam partem possederit, ut illo quidem casu Electio iuramenti sit Vasalli, hoc verò casu sit Domini.

Cæterùm, non semper possidentis Iureiurando hæc res committenda est, sed prout res exigit, quandoque etiam non possidentis, interdum neutrius; qua in re Iudicem Circumspectum esse oportet.

Hæc de Vera Probatione. Præsumpta est ex Coniecturis, quæ ex re nata sumuntur: in quibus prudentia Iudicantis opus est.

Atque

Atque ita in dubio præsumitur feudum potius Antiquum esse quàm Novum, & magis Proprium seu Rectum, quàm Improprium seu degenerans: Ex pacto & providentia, quàm hæreditarium. Item res in dubio magis Allodialis quàm Feudalis, pluribus argumentis, censetur: Et quando res feudalis præsumenda, ex concessione, fama, more regionis, Libris, Instrumentis, bonorum parte maiore, possessione, concedẽtis qualitate aliysque pluribus argumentis colligitur. Gothofredus Antonius th. 7. Disp. 15.

Vidimus Ordinem in Processu Iudiciali, qui consistit in disceptando, superest is qui est in decidendo: ubi considerandus venit actus decidẽdi, & decisionem consequentia.

Decisio litis fit Probationibus editis, Causa etiam conclusa, per sententiam partibus declaratam, Iudex ex officio nullo Iuramento coactus de administranda Iustitia, ante causæ cognitionem (*arg. Text. Si de feudo defunct. Contentio sit int: dom. 2. F. 26. c. un. §. pen. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 25.*) sententiam feret in certo loco.

Iudicare etiam debet secundum acta & probata, vel naturam feudi controversi, ex longo usu & observantia, illius

nimirum feudi, aut Curiæ illius de qua est propria, ponderatam; vel per manifesta, vel argumentatione iusta, latam & illatam, quibus deficientibus vel secundùm ius Feudale, vel secundùm ius Commune scriptum, vel denique probabilibus argumentis, & æquitatis ratione, conceptam.

Hæc de ipsa decisione per sententiam; sequitur de consequentibus sententiam: Hic Litigantes vel Impugnant sententiam, vel non Impugnant.

Impugnant vel provocando & appellando, ad Dominos superiores gradatim, tempore, Legibus definito; vel Nullitate; vel per Restitutionem in Integrum; vel per Revisionem, vel per alium supplicandi modum; quemadmodum Iure Civili litigantes sibi prospicere possunt.

Cum non impugnant vel acquiescunt vel intermittunt appellationem, & sic sententia transit in rem iudicatam, atque executioni mandatur, vel per eum qui sententiam tulit, si sufficiens sit; vel adeundus est Iudex superior


&

& Ordinarius Loci, ubi reus condemnatus domicilium habet, vel loci, in quo res de qua controversia fuit, si .a est, pro executione obrinenda. *Rosenth. c. 12. concl. 76.*

Atquæ ita Universum Ius feudale, secundum veram methodum (quantum per negotia publica licuit) Systemate compendioso, Ideaq; Synoptica, boni publici causa, concinnandum operæ pretium duxi.

Soli Deo Opt. Max. Sit Laus & honor. in omne ævum, Amen.





FINIS.